



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Cornelii Iansenii Episcopi Iprensis Avgvstinvs

In quo hæreses & mores Pelagij contra naturæ humanæ sanitatem,
ægritudinem & medicinam ex S. Augustino recensentur ac refutantur

Jansenius, Cornelius

Lovanii, 1640

Liber Septimus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13650

cum postea ejus presentia posceretur, ut dilucidis responsionibus vel astutia hominis vel correctio dilucretur, se subtraxit, examinis damnatusque in errore consensit.

Et ex illis quidem quae huc usque dicta dissertaque sunt abunde percipi potest, quam fuerit haereticus Pelagianae facies, in exortu & progressu, & cum jam saepius mutato vultu consensisset, quis dogmatum uniuersorum scopus fuerit, nempe patet, superbiam adversus Deum, & gloriam in oculis aliorum hominum ac suis, fuisse propriissimum eorum spiritum, ac notam, qua (tam ipsa olim, quam quotquot postea Dei dona ad humanum arbitrium quoquo modo revocando, laeserunt gratiam Dei) à ceteris dignoscuntur. Nam hoc ipso, quo animus huius ipse placere incipit, honorisque merces directe aut per ambages à suae voluntatis nutu suspendere, necesse est, ut inde series illa vitiorum superbiam committant secundum diversitatem occasionum pullulet. Hinc enim novitatis, admirationis, famae, gloriae captatio, quibus animus iam sibi magnus, etiam magnus appareat. Hinc affectatio sanctitatis, & constantia hypocritis. Quae si non ita ex voto succedant, ut magnus habeatur, qualem se tacite esse sentit, erum-

pit in crassioris superbiae effectus & signa, velleum, divitiarumque pompas, aliaque secularis fastus probra. Hinc illa scientiae gentilibus propria consuetudo, Philosophiae & signorum, quae amplius inflare solet, eloquentia, & multiloquentia. Hinc scriptitandi pruritus ingens, contemptulque ceterorum, quos tam evidenti mole librorum superant. Hinc tota illa fallaciarum, restrictionum & mendaciorum scena, quibus inanitatis suae conscius, affectat etiam videri quod non est. Hinc tandem Deo superbiam persequente, vel si propitius est, etiam sanante, aperta flagitiorum turpido, quibus factus ille deprimatur, & resipiscendo à praesumptione redeant humiliores, atque doctiores.

Cum verò damnatio erroris manifesti plurimos à tanta natura & liberi arbitrii laude revocasset, temperamentum quoddam naturae & gratiae, à quibusdam Presbyteris Massiliensibus inventum est, quo se putabant utriusque partis incommoda declinare; ita ut neque cum Augustino cuncta ex Dei gratia, neque cum Pelagio ex libero arbitrio religarent. Cōmentum istud à subtilibus ingenijs magna dexteritate concinnatum fuit multoque non minus nunc quam olim imprudentes delusit.

F I N I S.

CORNELII IANSENII
EPISCOPI IPRENSIS
DE HÆRESI PELAGIANA
LIBER SEPTIMVS.

Qui de Semi-Pelagianis primus est.

De praedestinatione parca scripsit Augustinus ante motas ab Adu-
metinis Monachis & Massiliensibus, difficultates, & quare.

Ortus Semi-Pelagianorum, & ratio nominis.

CAPVT PRIMVM.



Dvo sunt in Christiano Doctore magnopere cō-
mendanda, scientia atque
prudencia: quarum illa
in percipienda, haec in
dispensanda veritatis cog-
nitione versatur; magna
quippe circumsp̄ctōne opus esse in tradenda
rerum obscurarum magnarumque doctrina,

quarum etiam liquidissima nobis manifestatio
Deo revelante facta est, satis ille generis hu-
mani Magister insinuavit quando Discipulis
dixit: *Adhuc multa habeo vobis dicere sed non po-
testis portare modo.* Ex quo fit, ut si pondus ve-
ritatis vires discentis excedat, nonnunquam
suspendendum sit ut extendat crescentes, non
imponendum ut obterat parvulos: Nonnun-
quam verò etiam omnino occultandum sit, ne
vel non

R 4

vel non

vel non intellectum aliquid, vel contra opinionem & consuetudinem veteris erroris ipsâ novitate offendat & perturbet audientes, atque ita peiores faciamus eos qui non intelligunt, dum volumus eos qui intelligunt, facere doctiores. Nam quemadmodum non est una vel audientium conditio, vel legentium, vel spiritus spirantis ubi vult auxilium; ita quidam suppressâ, quidam expressâ veritatis abstrusâ cognitione perturbantur; propter quam ægritudinem imbecillibus auditoribus nimium periculofam (nisi Doctoris in loquendo tacendoque caveat circumspectio, & laborantibus charitas ejus congruam adhibeat medicinam) in scandala & errores doctrinæ quantumvis verâ importunitate præcipitantur. Quod si divinas illas dotes, quæ in cœlestis hujus magistri doctrinâ lucent inrueri liberet & admirari, nulla fortassis sese offerret inter innumeras luculentior & in tantorum voluminum scriptore rarior, quam illa prudentia singularis, quâ non modo rerum omnium dicendarum atque tacendarum, sed etiam verborum momenta libravit. Hinc illa in asserenda comperta veritate constantia, in obscuris quæstionibus disputandis temeritatis fuga. Hinc illa solidissimarum rationum suppressio cum auditoris infirmitas non est capax, vel ex doctrinæ novitate plus periculi quam fructus caperet curiositas. Hinc illa accurata singulorum pœne apicum & attempta ponderatio, quam fecundissimam illam scribendi venam singulis dictionibus adhibuisse nemo posset vel credere vel suspicari, nisi insultantium & carpentium petulantia, vel minus intelligentium incapacitas, ad eas subinde explicandas tuendasque coegisset. Hinc denique magnum illud in operibus ejus etiam adversus Pelagianos gratiæ perduelles exaratis silentium de secretissimo prædestinationis mysterio, & electorum vocatione secundum propositum: quorum arcana per viginti circiter annos quibus cum Pelagianis pro divini gratiæ sinceritate certatum est, potius breviter Scripturæ verbis perstringenda, & ex gratiæ gratiæ assertione colligenda, quam diductis aulais patefacienda judicavit. Nempe præviderat vir profundè sapiens quam paucorum intelligentia illam divini propositi altitudinem possit attingere, vel humilitas ferret; ut ruptis omnibus catene illius anulis, quibus ad se natura gratiam invitare fingitur, fractisque gradibus universis per quos ex una in aliâ superbia humana nititur, totius salutis & initium & medium & finis, ipseque discretionis cardo quæ unus ab alio sive in ista sive in alia vita disrepat, sine ambagibus, dilucidis verbis, purissimo, liberissimo, misericordissimo, secretissimoque divini voluntatis beneplacito suspenderetur. Quod cum tamen ex ijs quæ pro gratiæ, hoc est veræ gratiæ defensione conscripserat, haud obscure sequeretur; multorum imbecillitas quasi fatum aliquod suspicata, perperam cœpit in Africa doctrinam ejus intelligere: in Gallia etiam

non intellectam carpere. Neque verò vel hi vel illi hostiles gerébant adversus Ecclesiæ doctrinam animos. sed plerique Religiosi erant, & clari & egregij in omni virtutum studio viri. Vnde factum est ut utrique Catholici permanentes hostes Pelagij, & Patroni gratiæ, in contrarios errores præcipitati sint; dum illi divini prædestinationi, hi naturæ nimium tribuerunt. Hic tandem cœlestis ille Magister, ut offensionibus ex intelligentiæ potius imbecillitate quam animi pravitate suborientibus mederetur, librum illum de Correptione & Gratiâ plenum divini autoritatis immisit: in quo totius doctrinæ, quam hæcenus de divini gratiæ contra Pelagianos tradiderat, cardines & fundamenta ex altissimâ secretissimâque Dei prædestinantis voluntate petita revelavit, ut sinceritas cœlestis gratiæ contra omnes ejus adversarios inexpugnabili posset munitione defendi. Et in Africa quidem, qui à veritatis tramite discesserant, continuo in viam rectam suborta tanta luce redierunt. In Gallia vero qui persuasionis suæ impediabantur obscuro, aversiores quam fuerant recesserunt. *Lib. 7. n. Oculis enim agris diuosa lux, quæ puris amabilis est. f. 55.* Durissima quippe doctrina videbatur, quæ hominem extinctis quodammodo omnibus conatibus humanis, obscuris incertisque Dei decretis committeret & veluti navem remis velisque destitutam pelago divini voluntatis exponeret. Hanc absurditatem carnalibus animis intolerabilem, quæque oculis nonnullâ superbiæ fuligine caligantibus nimis perfecto evidenter patet, omni modo sine Catholice fidei læsione sibi vitandam esse censuerunt. Itaque scalas quasdam magno artificio moliti sunt per quas à naturâ ad gratiam facile scanderetur. Nam ne quis illas quasi è cœlo suspensas sibi subtractas esse causaretur; unicum tantum, eumque quantum vel cogitatione fingi potest postremum atque infimum gradum in hominis potestate collocarunt, ut si progredi vellet aut nollet salus ejus aut perditio non ex fatalibus penderet tabulis, sed ex initio fidei hoc est ex fonte volendi peteretur. Nihil enim ante credendi voluntatem (ubi & ipsam fidei initium est) prius ad inchoandum salutis assensum cogitari potest. Quod quidem initium cum à Pelagianis hautum esse videretur, inde factum est ut ejus autores Semi-Pelagiani nuncupati sint.

Non enim eo nomine vocatos esse Gallicanos illos Presbyteros arbitrandum est, quasi error ipsorum non esset vere Pelagianus; sed quadam dumtaxat similitudinis vicinitate propinquaret. Certissimis enim Divi Augustini & Prosperi testimonijs constat doctrinam eorum quæ ab Ecclesia dissidebant, non alio nomine fuisse repudiatam, quam quod Pelagianam hæresin restaurarent. Inter ceteros enim error Pelagij capitalis fuit (in Palestina primum Synodo, deinde Arauciana damnatus) *Lib. de Gof. Pelag. c. 14.* Gratiâ Dei secundum mèrita nostra dari. Hunc autem sibi velut proprium Massilienses vindicarunt, existimantes per fidei initium quod

399

quod viribus sibi suis pepererant ad gratiam Dei quoquo modo se posse perungere. Hinc Prosper de illo Massiliensium errore loquens: *quidam partem, inquit, superbae praedicationis (Pelagianae) quidam sibi cum caetera abnuerunt servaverunt.* Et Augustinus: *In quorum (Pelagianorum) errorem cadit qui putat aliquo merito humano gratiam Dei dari.* Et omnium apertissime cum Vitalis Carthaginensis diceret, posse hominem Dei suafone praecedente, consequente consensione, libertate naturali credere (in quo totus error Semi-Pelagianus comprehenditur)

respondet Aug: *Hae est illa Pelagianorum mala male diffamata meritoque reprobata & ab ipso etiam Pelagio timent damari in Orientalium Episcoporum iudicio damnata sententia.* Sed quia caeteras Pelagij haereses de peccato originali, de liberi arbitrij integritate & in primis de salute & iustitiae perfectione suis viribus assequenda damnarent ipsumque illum errorem suum longe à Pelagiano discrepare crederent, hinc quasi à partita Pelagij haereditate Semi-Pelagiani appellati sunt.

Semi-Pelagiani in plures Sectas divisi et jam statim in initio. Sententia Fausti de viribus naturæ & gratiæ prorsus Pelagiana.

CAPVT SECVNDVM

VBI tamen observatum volumus quod quia illa partitio Pelagianorum dogmatum multifariam potest contingere, plura etiam genera Semi-Pelagianorum possunt recenseri. Omnibus quippe commune fuit post proscriptos ab Ecclesia Pelagianos, originis labem & nonnullam naturæ corruptionem adeoque liberi arbitrij infirmitatem peccato partam agnoscere: sed non omnes aequaliter in ea infirmitate consistenda progressi sunt: quidam enim solo primo tenuissimoque auspiciandæ vitæ initio sibi reservato, nihil procul ad salutem progredi hominem posse, sine vera Dei gratia constanter, libenterque fatebantur: alij per naturam gratuito in creatione datam ad bonum ac malum prorsus indifferenter esse, & accedente praedicationis ac doctrinæ adiutorio perfectam iustitiam assequi posse cum Pelagio delirabant. Quæ differentia Massiliensium, etiam in ipso videtur ortu contigisse & à Prospero in Epistola ad Augustinum observata: in qua cum quorundam Semi-Pelagianorum sententiam retulisset, qui omnium minime exorbitaverant, alios deteriores notans, sic dicit: *Quidam vero horum in tantum à Pelagianis sententiis non declinant ut eam ad consistendam eam Christi gratiam quæ omnia præueniat merita humana cogitant &c. ad conditionem hanc velint uniuscuiusque hominis pertinere: & infra: Et quantum quisque ad malum, tantum habeat facultatis ad bonum parique momento animum se vel ad vitia vel ad virtutes movere.* Quo sane deterius nihil unquam Pelagius dixit, neq; maiores homini ad iustitiam vires dedit, ut ex verbis Pelagij libro de gratia Christi consignatis, & ex Epistola ad Paulinum ab Augustino scripta clarum est. Acriter enim haereticam illum reprehendit quod simili modo paribus momentis voluntatis aequa lance pendere, atq; ita nullum locum adiutorio gratiæ reseraret. Nam quamvis isti vitij originale faterentur, tantam tamen libertatis integritatem, tantasque ad bene vivendum vires istis verbis remansisse significat, quantâ

vix Pelagius hominibus sine ulla peccati labe nascentibus tribuebat. Unde prorsus verisimile est, genus istud Massiliensium nihil penitus gratiæ præter legem doctrinamque Christianam perinde atque Pelagium cum tanto naturæ vigore copulasse. Qui sane Semi-Pelagianæ haeresis gradus longe luculentius post obitum Divi Prosperi à Fausto ejus in Episcopatum successore patefactus atque defensus est. Hic enim in duobus illis libris quos de gratiæ & libero arbitrio scripsit, & peccatum originis, & mortem peccati supplicium, & infirmitatem arbitrij infirmitatem planissime confitetur: Baptismi divinæque gratiæ necessitatem ad operandam iustitiam toto opere plenis buccis prædicat, damnatumque cum Ecclesia damnat Pelagium, sed cum ad rem ventum est ut sine fuce explicet quæ sint illæ naturæ vires, quæve illa gratia quam arbitrium peccato attenuatum postulat, ad progressum in iustitiâ faciendum, quam sola credendi voluntate inchoatum cum caeteris Semi-Pelagianis constituerat, tota haeresis Pelagiana detractâ larvâ prodit in medium. Nam ut nihil de potestate credendi dicam quam cum Semi-Pelagianis caeteris sexcenties natura tribuit, tantas ad ipsam iustitiæ perfectionem assequendam vires remansisse statuit, ut in ipso Pelagio nihil magis sacrilegum condemnatum sit. Audi de patrum antiquorum iustitia differentem: Sed & Abel, inquit, divinis placere conspectibus, per insitum à Deo generaliter bonum, id est per propriæ meruit voluntatis affectum. Hic ergo, cui cognomen iusti immaculata vitæ perfectio dedit, quæ erudiente iustitia sectator existeret, nisi eum lex visceribus inscripta docuisset? Ecce per legem naturæ perfectâ iustitiâ. Sed audi de Enoch caetera paulo post: Unde Enoch cum Deo ambulare, vel Deo placere potuisset, nisi eum lex visceribus inscripta secreto magisterio illuminasset, in tantum ut nihil terrenum sapiens mirabiliter à terra Deo adsumente vaperetur? Audi de Noë: Qualem, quantumque homo à Deo legem (naturæ) primâ conditione suscepit perfectâ etiam Noë iustitiâ declaravit, quia genera-

Epist. ad
Dionysium.Epist. 2. ad
Valent.

Epist. 107.

Lib. 1. c. 1.
& 2.In Epist. ad
Aug. ante
mediam.Ioh. de gratia
Christi c. 4.
apud Aug.
Epist. 106.Faust. lib. 2.
de grat. &
lib. arb. c. 6.

Ibid. c. 7.

generalia fidei dona speciali in se studio virtutum
Initio Epist. ad Demet. ex Pelagio Demetriadem virginem instituen-
 te derivavit. Et nequis tam perfectam iusti-
 tiam sine Dei gratia eos assequi potuisse suspi-
 cetur, accipe decantatam illam Pelagianorum
Lib. 2. c. 6. gratiam à Fausto iterum Christiani obtrusam:
 Vides bonum creditur, non novellum esse privi-
 legium, sed vetustum & inter ipsa mundi coalescentis ex-
 cordia mentem hominis sicut intellectu atque ratione,
 ita etiam fide a Deo summo auctore donatam? Itaque
 iam tum dedit animo virtutem suam, quando ei com-
 mittere dignatus est imaginem suam. Et inferius:
 Qui (Enoch) dam fidei merito in prima seculi illius
 aetate ceteros antecellit, fidem ipsam cum lege natura
 sibi traditam fuisse perducit. Quam doctrinam ne
 respectu fidei tantummodo intelligendam putes,
 eodem loco & cultum Dei, & salutem
 ipsam naturali legi acceptam ferri oportere
Lib. 2. c. ult. tradit: Inesse homini intellectum Dei patitur & B
 cultum ideo Propheta memoravit, quia legem naturæ
 indiscretè intra omnis hominis sensum vigere cognovit.
 Et Ninivitarum gratiam celebrans: Osiendit
 itaque gens illa, inquit, ea qua saluti hominis com-
 petunt ipsa ordinatione factura, Deum intra homi-
 nem collocasse, & ante munera Redemptoris (hoc est
 gratiam Christi) circa rationabilem creaturam
 semper auctoris dona vixisse. Vnde legem naturæ
 Primam Dei gratiam aliquoties vocat. Et ut
Lib. 2. c. 7. genuinam Pelagij agnoscas prolem de lege
 Moyli subiicit: Ideoque hæc lex Moyli qua prima
 creditur, iam secunda est. Nempe non tantum
 secunda lex sed & secunda gratia.

Iam vero de tertia illa gratia quam adven-
 tu suo Christus attulit, & sapius Faustus mag-
 nificis elogijs prædicat necessariam, audi quam

belle Pelagio præceptoris suo discipulus con-
 cinat. Exponens enim celebrem illum Psal-
 mista locum, nisi Dominus ædificaverit do-
 mum, ubi divinæ gratiæ necessitas quam max-
 ime inculcatur: Numquid aliter, inquit, adificat
 & cognoscit Ecclesiam, quam per labores & officia
 Sacerdotum, per ministeria & exempla Sanctorum,
 per Apostolorum virtutes & Martyrum mortes? En-
 cum quali gratia usque ad omnium malorum tole-
 rantiam ut ipse loquitur, vita que iacturam labo-
 randum esse decernit. Ne vero minus quam
 par sit religiose sensisse culparetur, palliando
 impietatem subiicit: Ad Dominum tamen semper
 est referendus laboris effectus, nimirum quia talis
 gratiæ adiutorium præbet. Et nequid scrupu-
 li nobis de illa Faustii sententia superesset, lucu-
 lentissimum illum tractans locum, quo Chri-
 stus neminem ad se venire posse testatur, nisi
 Pater traxerit eum: Quid est autem attrahere, inquit
 Faustus, nisi prædicare, nisi Scripturarum consolatio-
 nibus excitare, in curatibus deterrere, desideranda
 proponere, intentare metuenda, iudicium comminari,
 præmium polliceri? Nonne apertissime tractum
 Dei nihil aliud esse sentit, nisi externam legem
 atque doctrinam, cuius latitudo omnia illa,
 quæ commemorat officia comprehendit? Ex
 quibus omnibus alijsque pluribus quæ afferri
 possent, manifestum est, quamvis originalis
 peccati labem à parentibus in prolem trajeci
 Faustus contra Pelagium fateatur: de perfici-
 enda tamen tota iustitia, non aliter Deo, quam
 per inscriptam visceribus naturalem legem vel
 per externum prædicationis, exempli doctri-
 naque ministerium adjuvante, eum nihil di-
 versum à Pelagiano errore sentire.

Non ex Fausto solo & Cassiano iudicandum de statu erroris Semi-
 Pelagianorum, sed ex scriptis Prosperi & Hilarij.

CAPVT TERTIVM.

QVAMVIS ita sint, graviter tamen eos hallucinari fidenter dixerim, qui Prosperi & Hilario ex parte persuasum esse putant, quod Semi-Pelagiani non aliter de gratia quam Pelagiani senserint, & quod una esset utrorumque sententia. Non enim ex doctrina unius Faustii qui facile quadraginta annos post Epistolas Prosperi & Hilarij ad Augustinum scriptas utroque jam defuncto libros suos edidit, vel etiam ex scriptis solius Cassiani de tota Semi-Pelagianorum omnium opinione iudicandum est. Nam & ipse Cassianus Collatione duodecima novam planè & inusitatam cæteris Massiliensibus viam aperuit ut gratiam cum libertate conciliaret. Duo quippe statuit hominum genera quorum unum per gratiam fidem accipit, alterum per naturam: Illud invitum à Deo ad salutem trahitur, hoc voluntaria devotione sponte currit: & eorum nunc his, nunc illis alternantes Scripturarum voces applicat, quibus vel libertas hominis

convenit, vel Dei gratia prædicatur. Quam novam sententiam neque Cassianus fortasse semper tenuit, ut ex alijs libris utcumque subluceat. Nam vacillasse Massilienses, & subinde mutasse suas opiniones quod nihil invenirent in quo errabundus animus conquiesceret nonnullis locis Prosper & Hilarius profitentur. Cumque ut ipsi ea exponunt (Apostoli loca inquit Prosper) secundum quorum velint sensa deposuimus, nihil se profitentur invenisse quod placeat, & de his taceri exigunt, quorum altitudinem nullus attigerit. Et luculentissime Hilarius: Nec mireris quod aliter vel aliqua in hac Epistola addidi quantum puto, qua in superiore non dixeram: talis est enim nunc eorum definitio. Apertè significans iam tum in ipso exortu aliam eorum fuisse definitionem sive sententiam, ut nihil mirum videri debeat, si vel sub Sixto Cassianus quando adversus eum Prosper scripsit, vel post Prosperi & Hilarij obitum Faustus raucidas opiniones interpolaverint. Et sanè doctissimis illis solertissimisque viris, qui quotidie cum eis disputando

luctabantur, & insurgentium importunitate coacti sunt tandem solum vertere, falsis persuasionibus fuisse impostum, ut eorum sententiam non intellexerint, nimis ineptum est suspicari. Eo quippe spectat ista exultatio ut & Augustinus & Celestinus Pontifex non dissimili ratione delosus tanquam cum umbris laetati aërem verberaverint: & siquid sententiarum huius aevi nimia forsitan Massiliensium vicinitate suspectum sit, à Semi-Pelagiani erroris nota facilius vindicetur. Nos igitur accuratissimas illas Prosperi & Hilarij relationes, tanquam ex ore Massiliensium exceptas, & veritati ab ipsis magna sollicitudine

indagata examinataque congruas acceptantes, quibus & Augullini & Celestini Pontificis nititur confutatio, Semi-Pelagiani erroris ortum & statum ex illis potissimum indagabimus; idque quanto fieri poterit veritatis & indifferentiae studio ne cuiquam recentiorum de suspecta doctrina temerè creemus invidiam. Quod siquid subinde ex Cassiano, Fausto vel similibus acerfamus, ad ea tantummodo declaranda serviet, in quibus isti ab illis non discreparunt, cetera namque quae Pelagianum dogma redolent, satis ex illius erroris discretionem quam fuscè tradidimus percipi poterunt.

Sententiam Semi-Pelagianorum tenuit ante Massilienses Vitalis, & ipse Augustinus.

CAPVT QVARTVM.

ET meritò quidem dubitari potest, utrum nemo ante Massilienses errorem Semi-Pelagianum seorsim ab alijs Pelagij erroribus docuerit. Nam Pelagianos ipsos in eundem quidem errorem, sed alijs multis haeresibus involutum post damnationem declinasse jam supra diximus. Praecipuam dubitationis ansam præbet Vitalis ille Carthaginensis, ad quem corrigendum centesimam septimam Epistolam scripsit Augustinus. Nam quantum ex illa colligi potest, nihil aliud ille tenuit nisi ut recte credamus in Deum, & Evangelio consentiamus, non esse donum Dei, sed hoc nobis esse à nobis, id est ex propria voluntate, sive ut in fine illius Epistolae aperte loquitur, initium fidei non esse donum Dei, cetera autem religiosa vita bona Deum per gratiam suam iam ex fide petentibus elargiri: quæ est ipsissima Semi-Pelagianorum sententia. Nam quod aliqui dicunt Augustinum in illa Epistola non referre uti de Massiliensibus refert, quod à Pelagio Vitalis ille discesserit, sine dubio parum Augustini dicta considerarunt. Quid enim illo expressius? De orationibus autem fidelium, quas & pro se & pro alijs fidelibus faciunt (pro gratia scilicet post credulitatem obtinenda) considerandum esse recum non puto. Contra Pelagianos est iste consensus, tibi nobisque communis. Quid item illo luculentius? Ego enim haeticum quidem Pelagianum te esse non credo: sed ita esse volo, ut nihil illius ad te transeat, vel in te relinquatur erroris. Denique qui tantopere pro sanando Vitale satagit, ut etiam præcisionem comminetur, nisi ab illo errore discedat, quid facturum fuisse arbitremur si trabales illas sententias de originali & illaesa naturæ ac libertatis integritate tenuisset? Scripta vero esse Epistolam illa ante Massiliensium exortum ac librum de prædestinatione Sanctorum valde verisimile est. Neque enim ad ejus instructionem opus tam opportunum atque elaboratum allegare desistisset. Quo tempore tamen Vitalis in illum errorem incidit, certo argumento asserere non est facile.

A Sed ut ut est, Augustinum ipsum Massiliensium errorem ante Episcopatum tenuisse & ad amissim expressisse, tum Presbyteri Massilienses agnoverunt, tum Augustinus ipse ingenue confitetur. Nam contra ipsum ex Divo Cypriano disputans; Quo præcipue testimonio, inquit, & ipse convictus sum, cum similiter errarem, putas fidem qua in Deum credimus, non esse donum Dei, sed à nobis esse in nobis, & per illam nos impetrare Dei dona. Et paulò inferius: Quem meum errorem nonnulla opuscula mea facti indicant, ante Episcopatum meum scripsit. Et adductis verbis suis quibus error iste, expressus fuerat: In qua sententia, adijcit; istos fratres nostros esse nunc video: Quia non solum legere libros meos ita etiam in eis evenerunt projicere mecum. Unde Massilienses ex Augustini scriptis in Epistolam ad Romanos sententiam suam accurate confirmabant, & ea quæ ibi de fide nostris viribus præstanda, & à Deo eligenda differuerat, se accipere, ut Hilarius refert, & probare testabantur, tanquam convenientia Evangelica veritati. Ex quo perspicuum est, ex illis Divi Augustini operibus, quæ ante Episcopatum condidit, non parum lucis posse peti, ut ad accuratam Semi-Pelagianæ opinionis intelligentiam perducamur. Simul autem & salubriter illo exemplo admonemur, quam proclive sit corruptæ naturæ (quæ velut mortem ipsam horret, omni fiducia suæ libertatis lunditus exui) in sententiam Semi-Pelagianam labi, tenuissimisque fibras illius erroris retinere. Si enim tantus ab ipso conversionis exordio divinæ gratiæ propugnator, ad quam agnoscendam & profitemdam mirabili illa ad fidem & penitentiam revocatione eruditus fuerat, non potuit inde nisi Deo revelante, ut ipse loquitur, extricari; quid mirum si præcedentibus nonnullis Patribus, maxime Græcis, qui studiosissime Origenis Pelagianorum antesignani lucubrationes triverant, aliquid ex pulvere subtilissimi illius erroris adhesisset? Neque enim pauca passim in scriptis eorum occurrunt loca quæ

Ita Aug. Ep. 107. in isto.
Suarz. Prolog. 5. c. 5. n. 5.
Epist. 107. in fine.
Ibid. paulo ante.

Lib. de prædest. 55. c. 3.
Ibid. c. 4.
De prædest. 55. c. 4.

STANTINVS
ANGELVS

qua Massiliensium sententiam in exteriori cortice pra se ferunt. Ex quo profectum est ut eos Divi Augustini doctrina velut nova non parum offenderet, quod & praecedentium Patrum autoritas & sensus Ecclesiasticus repugnare viderentur. Proinde non abs re fecit paulo diligentius indagare, quinam antiquorum ante Massilienses & Augustinum in opinionem illam lapsi sint.

Occurrit hic inter primos Divus Hieronymus qui sententiam illam ita clare dilerticeque profitetur ut non vicam quo pacto excusari possit, iustitia inquit labore & industria ac diligentia & semper super omnia Dei clementia custoditur: ut nostrum sit rogare, illius tribuere quod rogatur; nostrum incipere, illius perficere; nostrum offerre quod possumus, illius implere quod non possumus. Quid manifestius ex Massiliensium opinione dici potest quam nostrum esse incipere, illius perficere? Hoc est enim ipsissimum illud quod profiteri solent. Unde cum Augustinus simili locutione dixisset, Quod ergo credimus nostrum est, quod autem bonum operatur illius est qui &c. tractando sententiam illam subiicit: Quod profecto non dicerem, si iam idem etiam ipsam fidem inter Dei munera reperiri. Illa quippe antithesis nostrum & illius non ita permittit utrumque divinae gratiae vendicare. Quem sensum ut idem Sanctus Hieronymus luculentius suis lectoribus patefaceret, alio loco in eodem libro dicit: Vbi misericordia & gratia est liberam ex parte cessat arbitrium, quod in eo tantum est, ut velimus atque cupimus & placitis tribuamus assensum. Iam in Domini potestate est id quod cupimus, quod laboramus ac nitimur, illius ope & auxilio implere valeamus. Ita D. Hieronymus etiam adversus Pelagianos dimicans nihil divinae gratiae derogari putat, si sibi primas partes literum arbitrium vendicaret. Sed ante Hieronymum Tyconius Donatista qui septem illas regulas a Sancto Augustino laudatas traiecit, eundem errorem imprudens docuit, quamvis de gratia Dei commendanda satageret. De hac Tyconij hallucinatione sic Augustinus: Laboravit in ea (quaestione de gratia & mandato) discipulus Tyconius bene, sed non plene. I. i. putans enim de sua & operis opera nos dixit a Deo de merito suae; ipsam vero suam sic esse a nobis ut nobis non sit a Deo.

Prosop. in Epist. ad August.

Lib. 3. Dial. advers. Pelag. initio Coll. 880.

Lib. 1. retract. c. 23.

Ibid. Coll. 886.

Lib. 3. de doctrina Christiana c. 33.

In c. 3. ad Rom. ad illud. Cum enim est. arum legem servam, & duce natura credunt in gentes &c.

In illud: Si condemnas Iudaeum, cui lex promiserat Christum & adveniens ei credere noluit. Quanto ergo gentilis

maiori dignus est gloria qui per solam naturam intellexit autorem &c. tanto magis Iudaeus puniendus qui neque per naturam neque per legem Christum agnovit autorem. Et rursum alio in loco: Per naturam enim inditum sanus ad fidem non per legem, in qua forma doctrinae Dei in perio facti sumus qui finxit naturam. In natura enim habemus ut cognoscamus a quo & per quem & in quo sumus creati. Forma ergo doctrinae est, in qua ita vidit nos creator naturam, hoc est quod supra dixit: Ipsi sibi sunt lex, deum vident natura sua esse quod credunt. Et paulo post: Obsecramus ex corde credentes in Christum ut servemus Deo, non per legem Moysi sed per legem naturae.

Neque fidem solum in naturali potestate constituit, sed etiam ut Massilienses ipsam boni complacentiam, hoc est, ut illi loqui solent, velle bonum, etsi illud implere praesentitate non possint. Iam bona, inquit, qua iubet lex, ut naturaliter sibi placere dicat & velle facere: perficere autem bonum non invenio. Et placet ergo quod lege iubetur, & voluntas est faciendi sed ut implatur, potestas & virtus deest. Hinc est quod consequenter nobis bonos conatus tribuit, Deo conatum adiutorium. Deum, inquit, bonos conatus adjuvare testatur. Omnem enim gratiam sen per operatur ad Deum, ut nostrum sit velle, perficere vero Dei. Quae prorsus consonant ipsi quae a Ioanne Cassiano Collatione decimatertia disputantur. Hinc est ulterius quod nullam gratiam homini dari putet, nisi interveniente iustitia, quo nihil hostilius adversus gratiam gratiam dici potest. Ex hoc utique daturus Dei & non daturus iudicium sequendum est: Igitur non quia non nisi iudicatur qui omnes salvos vult manente voluntate iustitia. Et inferius exponens illud Apostoli: Igitur cuius vult misereri, Commentarium Pelagij a Sancto Augustino saepius reprobatur adhibet: Ex persona, inquit, contradicentis loquitur, qui quasi putat Deum neglecta iustitia alicui gratis; ut unum e duobus paribus accipiat al-c. 8. lib. de terra respuat. Et adhuc manifestius paulo post: Alij miserentur & alterum despiciunt, non sine iustitia. In sigulo enim sola voluntas est. In Deo autem voluntas cum iustitia. Scit enim cui debeat misereri, sicut supra memoravi. Quam verborum illorum expositionem adeoque verba cum protulisset haereticus Iulianus, hic ei reponit Augustinus: Quoniam dicitur dicat Deum facer. quod a beo, gratiam neminem debet; & impietatem illam latius perscrutans quens humana merita illis verbis Pelagianis altissima cervicem ventilata esse testatur.

Ex hac ergo vena fluit illa eiusdem auctoris sexcenties repetita sententia, qua omnem electionem & praedestinationem Dei ex praesentia sive ex praevisione hominis fide ac dignitate suspendit, usque adeo ut etiam discretionem Elau & Iacob quam ex professo ad commendandam gratuitam gratiam Apostolus profert, ex praevisione alicuius dignitatis ex parte utriusque se tenentis factam esse deliret. Iam sententiam, inquit, Dei statuat in his causis, quia non aliud potest evenire, quam quod novit Deus futurum; sciendo enim quid unusquisque illorum futurus esset, dixit, hic erit dignus, qui erit minor, & qui maior erit.

In c. 6. Rom. 17. 17. 18.

Lib. 1. de iust. c. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

In Epist. ad Philipp.

Lib. 1. de lib. arbit. c. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

Lib. 1. de op. serv. ad Gal. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

erit indigenus. Vnum eleget præscientiâ & alterum
 strepit &c. hoc quasi præscientiâ non personarum accep-
 tor. nam nomen dicitur antequam peccet, & nul-
 lum coronat a te quam vincat. Quam sententiam
 de illis parvulis à Iuliano quoque propugnatam,
 Vide lib. 1. Cæpius Augustinus tanquam Pelagianam ex-
 oper. imperf. pag. 184. & 189.

Tantopere verò illam præscientiam sive fi-
 dei sive alterius cupispiam bonæ voluntatis
 passim prædicat, ut etiam ipsam vocationem
 ad fidem, perinde ut Massilienses, secundum
 eandem præscientiam dispensari putet: Ita
 & Apostolum Paulum, inquit, sciens quid esset fu-
 turus prævenit eum ut antequam converteretur vo-
 caret eum, quia erat necessarius. Et etiam alibi
 sententiam suam prodens: Prohibitum se dicit
 usque ad tempus data Epistolâ, à Deo utique qui sci-
 ens ad hoc imperatos illos ad alias urbes direxerit
 Apostolum, quæ iam ad recipendam veritatem essent
 capaces. Et inferius: Volentes aliquando in Bi-
 tyniam ire, prohibiti sumus à Spiritu sancto Paulus
 & illa. Cur nisi sciret adhuc affectum deesse.
 Ecce Evangelicam prædicationem sive vo-
 cationem juxta præparationem affectumque singulo-
 rum Dei prævisione cognitum dari aut subtra-
 hi putat. Firmissime quippe cum Semi-Pela-
 gianis autor ille tenet, nullum donum Dei
 hominibus dari nisi præeunte cujusque bona
 voluntate: quod ad illa Pauli verba. unusquis-
 que proprium donum habet ex Deo, quibus vera gra-
 tuitateque Dei gratia commendatur evidenter
 exprimit: Hoc est, inquit, unusquisque iuxta
 meritum suum donum Dei habet, ut si velit ipsius nutu,
 Dei possit litatem, hoc est, à Deo possibilitatem
 consequatur. Et paulò post: Osendit in qua re
 melius est esse prosperiorem quia in eo adjuvatur quis
 quod videtur aviditate mentis appetere &c. illum
 enim Deus vivat quem videt tota virtute contendere.
 Quali verò non & ipsa bona voluntas, & vo-
 rum & aviditas mentis & totius virtutis con-
 tentio inter maxima Dei dona collocanda sint
 vel ad habenda ista nullo gratiæ adjutorio
 mens hominis adjuvetur. Quemadmodum
 adversus Pelagianos post condemnationem
 similiter delirantes invictè Divus Augustinus
 ostendit.

Ex illis, alijsque multis quæ ad illos erro-
 res hujus auctoris convincendos præferri po-
 terant, facile jam intelligitur, quid illi Com-
 mentario tantopere à recentioribus nonnullis
 prædicato tribui debeat, quo Deum velle di-
 cit omnes homines salvos fieri, si & ipsi velint.
 Sic enim loquitur: Cur non impletur eius volun-
 tas? sed in omni locutione sensus est, conditio latet.
 Vult enim Deus omnes homines salvos fieri, sed si ac-
 cedant ad eum, non enim sic vult ut nolentes salventur,
 sed vult ipsos salvari, si & ipsi velint. Nam utique
 qui legens omnibus dedit nullum exceptum à salute.
 Nam ex illo explorato errore Semi-Pelagiano
 disputat quo supra Cæpius fidem assignavit na-
 turæ, fidem quippe Massilienses & salutis seu
 sanitatis per medicum assequendæ desiderium
 in homine præcedere volunt, cujus intuitu

A Deus volenti sanitatem tribuat, nolenti ne-
 get: ut postea proprijs eorum verbis demon-
 strabimus. Quam Semi-Pelagianorum sen-
 tentiam nemo accuratus illo autore in eodem
 illo ipso loco tradidit: Nunquid medicus, in-
 quit, non ideo se proponit in publico, ut omnes se
 ostendat velle salvare si tamen ab agris requiratur?
 non est vera salus, si nolenti tribuatur, nec gaudere
 potest in percepta salute, qui invitus, si tamen potest,
 accipit med. canam: Ut non dicam, quia medicina
 effectum habere non potest, nisi ad eum ager animum
 commodaverit; quia hæc medicina non est corporalis
 sed spiritalis, quæ neque dubijs proficit neque invitus.
 Fides est enim quæ dat salutem: quam nisi mens tota
 susceperit voluntate, non solum nihil proderit: sed &
 oberit. Quæ omnia nihil aliud spirant, quam
 id quod omnes Massilienses de credendo &
 inquirendo medico, ut declarabimus infra, Vide infra
 uno ore tradiderunt. Quam procul igitur
 sunt à vera intelligentia divinæ gratiæ, qui
 in tam perspicuis hærentem erroribus gravem
 & Catholicam auctoritatem censeri volunt; videant
 ij qui tantum subdij pro sua quam docent
 gratia possibilitatis, & voluntate salutis om-
 nium quam Deus habeat, si tamen homines velint,
 in hujus & similium auctorum verbis situm
 esse putant, ne imprudentes Semi-Pelagianam
 sententiam tenere, tradere ac defendere con-
 vincantur. Neque enim mirum cuiquam vi-
 deri debet si eorum placita ipsis placeant, qui
 de eorum præficio & antiquitate sibi tanto-
 pere gratulantur. Longe enim subtilior & la-
 tentior ista pelvis est quam quicquam pene re-
 centiorum putet: à qua neque Corypheus
 omnium Doctorum Ecclesiæ & gratiæ patro-
 nus & penetrator profundissimus nisi Deo reve-
 lante liberari potuit. Neque enim satis est de
 inani quodam gratiæ nomine & effigie sibi
 blandiri, quod simul cum voluntate si tamen
 homo voluerit operetur. Profundius est vul-
 nus, quam ut curatrix ejus medicina suum
 effectum à libertate voluntatis expectet. Sed
 de his alibi opportunius.

Nec tamen Ambrosiaster ille, primus opi-
 nionem illam Semi-Pelagianam excogitavit
 aut docuit. Prævit illis omnibus Origenes
 & ita viam stravit ut non opus esset adijcere
 quicquam novi. Nam totum illum errorem
 ita perpolivit, ut pene quotquot post ejus
 aratem eandem amplexi sunt, Doctoris illius
 auctoritate & doctrinæ verisimilitudine & elo-
 quentiæ splendore, seducti esse & quæcunque
 palliando intruendoque dixerunt, ex ejus
 monumentis hausisse videantur. Hoc tantum
 discrimen est, quod ille, quemadmodum hæc
 omnia supra Iulius ostensa sunt, longius ad
 pieraque Pelagianismi dogmata, nimia ingenij
 libertate progessit, in quo & ante Pela-
 gium nonnullos imitatores habuit: alij gra-
 tiæ liberatrici magis memores, se intra Se-
 mi-Pelagianæ opinionis limites tenuerunt.
 Ex quo facile videas quam verè cecinerit Di-
 vus Prosper.

S

Vide lib. 1. Cæpius Augustinus tanquam Pelagianam ex-

oper. imperf. pag. 184. & 189.

Prof. & Histor. in Epist. ad August. Inc. 1. ad Galat.

Inc. 1. ad Rom.

Inc. 1. ad Rom.

Inc. 1. ad Rom.

Inc. 1. ad Rom.

Inc. 1. ad Rom.

Inc. 1. ad Rom.

Inc. 1. ad Rom.

Inc. 1. ad Rom.

Inc. 1. ad Rom.

Inc. 1. ad Rom.

Inc. 1. ad Rom.

Vide infra c. 30. & 33.

Suarez lib. de grat. c. 21 n. 16.

Inc. 1. ad Rom.

Supra lib. 4. in fine.

Lib. de in-
grat. c. 38.

Nam si argumenti primordia non onerasset (Pelagius)

His, quae discipuli dempserunt callidiores (Semi-Pelagiani)

Innumeras dubio cepisset plasmate mentes.

Qui dum multa vident informia hinc in ipso,

Horrida terrificae declinant atria mortes.

Tota causa erroris Semi-Pelagiani fuit illud propositum divinae vocationis & praedestinationis, quo salvandi à perituris discernuntur secundum Augustinum.

CAPVT QVINTVM.

Prosper. in
Epist. ad
Aug.

Aug. lib. de
corp. &
gra. c. 7.

Ita loquitur
Masfil.
In Epist.
Prosper. ad
Aug.

VT error Massiliensium radicatus intelligatur, operae pretium est indagare quid illud tam insolens fuerit in doctrina Divi Augustini, ut illius declinandi studio Catholici & egregii in omni virtutum studio viri, per novi erroris commentum tantas tragedias excitaverint. Aliud enim alij Massiliensibus displicuisse putant. Ex quo fit ut nostro saeculo, quotquot inter se de gratia & praedestinatione disceptant, quam quisque animo rerum illarum notionem ceperit ut veritati consentaneam, hanc Massiliensibus capitaliter inimicam esse persuadere moliantur. Nimirum ut ab illorum errore quam longissime discessisse videatur. Ut igitur breviter id quod res est dicam, nihil aliud eos in scriptis Augustini offendit, quam illud propositum voluntatis Dei; quo certus numerus salvandorum reliquis pereuntibus à perditionis massa discernitur. Ex quo proinde juxta doctrinam ipsius fit, ut quotquot ita divinae gratiae largitate discreti & secundum propositum illud vocati sunt, infallibilis gubernationis lege procedunt eis audiendum Evangelium & cum audire credant, & in fide, quae per dilectionem operatur usque in finem perseverent, & si quando exiuberant, correpti emendantur: & nonnulli accepta gratia in quolibet aetate periculis huius vitae, mortis, & ultionis subtrahantur. Quotquot non ita discreti atque vocati sunt, certissime pereant. Tota denique salvandorum à perituris differentia, quam vel in hoc vel in futuro saeculo cernimus vel non cernimus, in constitutione Dei praevententem voluntates hominum, hoc est, in unicum divinae voluntatis cardinem refertur: ex isto enim peculiari durissimoque ut ipsis videbatur discretionis sive praedestinationis, sive electionis, sive vocationis proposito, quae omnia in Divi Augustini doctrina eadem reputantur, innumerabilia absurda, nullaque ratione toleranda videbantur sequi. Unde ad illud propositum cum suis consectaneis absurditatibus funditus evertendum tota series illius erroris à capite usque ad calcem aptata atque digesta est.

Hinc unicum fuisse lapidem offensionis ex omnibus Semi-Pelagianis, ex litteris Prosperi & Hilarii, atque adeo proprijs eorum scriptis ad oculos demonstrare non est difficile. Nam

in primis quod ad Prosperum spectat tota ejus ad Augustinum Epistola non aliud clamat. In ipso quippe exordio, totam causam controversiam breviter ob oculos ponens: Multi, inquit, servorum Christi qui in Massiliensi urbe consistunt in sanctitatis tuae scriptis, quae adversus Pelagianos haereticos condidisti contrarium putant Patrum opinionem & Ecclésiastico sensu quidquid in eis de vocatione electorum secundum Dei propositum disputasti. Et ne quis ignoraret quid sibi vellent in August. scriptis illud propositum, quousque sese protenderet, quibus de causis tantopere Massiliensibus displiceret; apertissimis verbis rem totam diducendo subjungit: Hoc autem PROPOSITUM Vocationis Dei, quo vel ante mundi initium, vel in ipsa conditione generis humani eligendorum & reprobatorum dicitur facta DISCRETIO ut secundum quod PLACUIT CREATORI, alij vasa honoris alij vasa contumeliae sint creati, & lapsi curam reprobentur admittere, & sanctorum occasionem reprobis adferre. Et qui sic obsecro? An ex vi gratiae; an ex immobilitate illius duritiaeque propositi? Et quod (pergit Prosper) utraque parte superfluis labor sit, si neque ELECTVS ulla industria possit imitari, neque ELLECTVS ulla negligentia possit recedere. Dic apertius, explicatius, inculcatius, cur tanto illius propositi, definitionis, praedestinationis, electionis horrore trepidetur? Quo quo enim modo se egerint, non posse aliud erga eos quam DEVS DEFINIVIT accidere, & sub incerta spe (sicut pertingendi ad optatum terminum jam ante definitum) cursum non posse esse consistantem. Quare hoc? Cum si aliud habeat PRAEDESTINANTIS ELECTIO, cassa sit ammentis intentio. Denique capitalis hujus causam adversus Augustinianam doctrinam quasi in summa complexus: Removeri itaque omnem industriam, inquit, totaque virtutes, si DEI CONSTITUTIO HUMANAS PRAEVENTIAT VOLUNTATES, & sub hoc PRAEDESTINATIONIS nomine fatalem quandam induci necessitatem. Ecce uno verbo expressum quod in ista cum Augustino contentione displicet, nempe AUGUSTINIANA ILLA PRAEDESTINATIO. Quam ut longissime iugerent velut omnium absurditatum absurdissimam, facundissimamque scaturiginem negata praeventiente & praedestinationis executrice gratia, fabulas illas omnes de universali Dei gratia, de merito, de voluntatum praevisione, hoc

hoc est prædestinatione secundum præscientiam texuerunt. Audi hæc de re differentem Prosperum disertissime verbis causam interpolatæ Christi gratiæ in detestationem illius propositi detorquentem: In istam vero talis gratiæ prædicationem si quæri in contradictione offenduntur, cum prius meliora sentirent, ideo se vel maxime contulerunt, quia si profiterentur ab ea omnia bona merita præueniri, & ab ipsa ut possint esse donari; necessitate condente Veni secundum propositum & consilium voluntatis suæ occulto iudicio & opere manifesto aliud vas condere in honorem, aliud in contumeliam &c. De quo velut omnium absurdorum extremo, continuo subiicit: Sed refugium illud fateri, divinoque asseribere operi sanctorum merita reformidant, nempe quasi ex illo peculiari Dei certum electorum numerum prædestinantis proposito damnarent. De hoc enim continuo supra commemoratam iterat Massiliensium querimoniam: Nec acquiescunt prædestinatum electorum numerum nec augeri posse nec minui, nempe per illam divinæ constitutionis immobilitatem, quæ, ut supra dixerat, humanas præuenit voluntates. Neque causam tacet: ne scilicet, superflua sit industria ac laboris indiciis, cuius studium CESSANTE ELE-

CTIONE frustrandum sit. Sed audi & aliud ejusdem Prosperii ex alia Epistola luculentissimum testimonium, quam ad Ruffinum scripsit: Ab hac enim, inquit, confessione gratiæ DEI, IDEO quidam resistunt, ne eam eam talem confessionem qualis divino eloquio prædicatur & qualis opere sua potestatis agnoscitur, ETIAM hoc necesse habeant consistere, quod ex omni numero hominum per sæcula cuncta natorum certus apud Deum DEFINITVSQUE sit numerus PRÆDESTINATI in vitam æternam populi, & SECUNDVM PROPOSITVM DEI VOCANTIS ELECTI. Quod quidem iam impium est negare quam ipsi gratiæ contraire. Ecce quomodo gratiam fugiunt, ne in illud prædestinantis propositum incidant, non vero propositum vitant ne gratiam fateantur. Ex quibus omnibus solius Prosperii disertissimis testimonijs luce meridiana clarius factum putato, solum illud discretivum hominum divinæ voluntatis propositum Massilienses exhorruisse: quod cum ex illa gratiæ & vocationis efficacia quam prædicabat Augustinus necessario viderent sequi, consequenter gratiam illam & vocationem propositi executricem aliâ indifferente subtilitâ adulterare compulsi sunt.

Idem uberius ostenditur ex Epistola Hilarij.

CAPVT SEXTVM.

Sed jam uberius ostendamus ex Epistola Hilarij non alia de causa Massilienses in illum errorem suum de gratiæ & merito fidei incidisse, quam quod non ferrent illud quasi fatale propositum Dei ex quo juxta Divi Augustini sententiam unus præ alio credendi & perfeverandi voluntatem accipit, ut hic non ille à perditionis massa discernatur. Ecce in ipso item exordio lapidem offensionis dilucidis verbis expositum: Hæc sunt quæ Massilia, vel alijs etiam locis in Gallia ventitantur. Novum & inutile esse prædicationi quod quidam SECUNDVM PROPOSITVM ELIGENDI dicuntur, ut id nec arripere valeant nec tenere (perseverando scilicet) nisi credendi voluntate donatâ. Et iterum paulo inferius, quid potissimum fugerent & horrerent indicat: Nec ad INCERTVM VOLUNTATIS DEI deduci se patiuntur, ubi eis quantum vitant ad obtinendam vel amittendam evidens est qualescunque initium voluntatis: propter quod videlicet (ut paucis interjectis explicant) ad exhortationem corripientis exortum tanquam propter causam, vel rejiciatur alius, vel alius assumatur. Hoc enim qualescunque initium humanæ voluntatis idcirco à Massiliensibus excogitatum fuit, ut per illud ratio daretur aliqua ex parte hominis, electorum & rectorum à Deo: atque ita horrorem illum tollerent quo genus humanum illo occulto prædestinationis iudicio quasi in duas partes electorum & rectorum divisum esse videbatur, nullo casu in æternum sibi invicem permiscen-

das. Hoc est enim quod subnectendo dicunt: atque ita non opus esse PARTES CONSTITVI, quibus nec adiungendum sit aliquid nec detrahendum. Et manifestum in initio Epistolæ: Si autem, aiunt, datur vel talem voluntatem omnibus remansisse, quæ vel contemere quis valeat vel obedire, de compendio putant rationem reddi electorum vel rectorum, in eo quod unicuique meritum præ sua voluntate adiungitur. Ecce non alia de causa excogitatum est meritum fidei nisi ut austeritatem illius propositi fugiant, quo ut Prosper exprimit eligendorum & rectorum dicitur facta discretio. Hinc & illa Massiliensium verba adversus istam immutabilem certorum hominum discretionem oblectantium: Nam si sic prædestinati sunt, inquit, ad utramque partem, ut de alijs ad alios nullo possit accedere, quo pertinet tanta extrinsecus correctionis instantia? Cum videlicet ut eorum sententiam Prosper clarius exprimit, quoquo modo se egerint sive non consenserint correctioni sive consenserint, non possit aliud erga eos, quam Deus DEFINIVIT accidere. Hinc & illa solemnis contra definitum divinitus prædestinatorum numerum obtrectatio quam & Hilarius ibidem refert: Inde est, inquit, quod & illud pariter non accipiunt, quod eligendorum rectorumque esse definitum numerum velint. Quem electorum seu eligendorum definitum numerum cum Augustinus frequenter docuisset eos omnes esse ac solos quos Deus vellet salvos fieri, ipsi ex adverso ut illam erga certos tantum conferendâ salutis

voluntatem everterent pervicacissime contenderunt, falsam esse Augustini Sententiam, eo quod Deus non nisi omnes homines salvos fieri velit, & non eos tantum qui ad sanctorum numerum pertinebant; sed omnes omnino ut nullus habeatur exceptus. Sed nullo fortassis iudicio elucet manifestius, quantopere illam hominum discretionem ad occultum illud divinæ constitutionis propositum revocare trepidaverint, quam ex illa absurditate, in quam cæcâ prædestinationis fugâ præcipitati sunt, dum causam salutis atque discretionis parvulorum in illa ætate morientium invenire moliantur. Cum enim illud propositum Dei per qualemcunque bonæ voluntatis motum ab homine proflientem, in adultis facile everterent, maluerunt etiam in parvulis qualiacunque merita sub conditione futura quæ, ut Prosper ait, non sint futura confingere, ut novo absurditatis genere & non agenda essent præcisa, & præcisa non acta; quam Dei discernentis propositum atque unum pro suo beneplacito alium, alterum relinquentis admittere. Parvulorum autem causam, ait Hilarius, ad exemplum maiorum non parvum adferri. Quod vero in exemplo parvulorum nihil nisi illud occultum Dei iudicium horruerint, tradit Prosper clarius: Cumque inter hæc innumerabilium illius multitudo obicitur parvulorum qui &c. non sine DEI IUDICIO discernuntur. Nimirum Augustinus discretionis

In Epist. ad Aug.

Lib. 1. cit. c. 14.

atque electionis causam statuebat iudicium Dei, illi ut istud fugerent, quibuscunque committis meritis ELECTIONEM DEI subiecerant. Quæ sententia cum ita esset absurda, ut eam omnis sensus humanus, inquit Augustinus, quantulacunque ratione subnixus, maximeque Christianus exberret, Faustus Episcopus Regiensis Semi-Pelagianorum, & prædestinationis hostium non postremus, fūco quodam eloquentiæ maluit quæstionis obscuritatem exaggerare, quam in parvulorum discretionem ullum Dei propositum confiteri. Nam cum sibi quæstionem Catholicorum objecisset: Si non est prædestinatio, cur in parvulis alij baptizantur, alij sine baptismi sanctificatione rapiuntur? Unde quàm præclare sese à persequentium laqueo expediat: Serpentina, inquit, fraudis est ad tenebras cavernas velicâ luce transfugere. Item: Quid rationis est ut interrogare velis occulta, cum sollicitudini tuæ plenissime videas respondere manifesta. Quid utilitatis est certa omittere & incerta consulere, de quibus nihil invenis Catholica lectione conscriptum? Non intelligas quod in veritatis iniuriam persecutaris, quicquid veritatis scire te noluit. Nempe inimicus divini propositi, cui veritas orthodoxa discretionem illam tribuit, satius putavit ignorantiam, & nescio quas quæstionis tenebras fingere, quam cum Catholicis rei apertissimæ certissimæque subscribere.

Lib. de heres. c. 13.

Lib. 1. de prædest. c. 14.

Idem ostenditur ex scriptis Fausti.

CAPVT SEPTIMVM.

ET quia in hujus Fausti mentionem incidimus, omnium quos quidem sciam Semi-Pelagianorum strenuissimi calidissimique, operæ pretium est ex ejus opere, quod de gratia & libero arbitrio scripsit eundem proflus fuisse scopum ejus & scopulum demonstrare. Nam quamvis tota illa lucubratio eò tendere videatur, ne sola gratia, sed simul humanus labor atque devotio salutem hominum credatur operari, hoc ipsum tamen non alia de causa demonstratum voluit nisi ut Catholicum dogma de prædestinatione ex qua gratia illa fluit, & de reprobatione subverteret. Sic enim totum illud discretionis mysterium quod Catholica Ecclesia veneratur, non ab occulta Dei discernentis, prædestinantis, eligentis voluntate atque proposito, qui per gratiam suam discretos facit, sed ab humana fide, devotione ac labore suspenditur. Illum esse ipsissimum Fausti scopum sexcentis ex locis perspicue patet. Et ne procul probatio petatur, ecce locus quem produximus, hoc evidenter probat. Nam cum fuse ostendisset, ne de sola gratia otiose speraremus, & ne quem lateret, cui dogmati subruendo illam adhibuisset machinam, sic advertantis quasi hæretici reverà tamen Catholici objectionem sibi opponit: Sed dicis; Si præ-

destinatio non est, cur in parvulis alij baptizantur, alij sine baptismi sanctificatione moriuntur? Quid aliud indicat nisi illam se prædestinationem, cui ista parvulorum discretio ab Augustino & Ecclesia tribui solet, præcedenti disputatione quassasse? Neque enim de mala aliqua perverfaque prædestinationis intelligentia queritur, sed quanto potest disputandi conatu, hoc agit ut prædestinationem nullam penitus esse ex Deo, sed totam discretionem ex humana pendere voluntate persuadeat. Vis aliud evidentius? In operis illius exordio postquam verbotenus Pelagij dogmatibus renunciaffet, statim illud aggreditur quod quidam ad vitam præordinati sunt alijs ad mortem deputatis: Qui unum, inquit, in origine perditum, alterum in prædestinatione affirmat electum, vide quo improba persuasionem decimet. Quasi vero non esset illud certissimum Augustinianæ & Apostolicæ doctrinæ caput. Quod ut eradat penitus, generalem gratiam naturæ atque doctrinæ omnibus communem toto libro statuit, ut videlicet sicut passim loquitur, Gentilitatis malum & absconditum decretum fatale delectur. Unde paulo post cum pluribus, (quasi hoc esset controversum) libertatem arbitrij non perijisse docuisset, ad scopum quo per astructam illam libertatē collimabat rediēs: Vides, inquit, quod

Lib. 1. c. 4.

Ibid.

Ibid. c. 9. quod neminem sic premit sati vel imposta perditionis necessitas, ubi competit eligendi potestas? Et ut intelligas quid sit illud fatum quo Catholicam doctrinam passim ut Pelagius infamare solet; Neque enim, adicit, in vnam partem trahit predestinatio, ubi utriusque partis deseritur electio. Nimirum, ut hareticus delirat, ubi est libertatis actio nullum locum potest habere predestinatio. Hoc est enim quod & inferius ex astrueta stundi cadendique libertate consecratum esse & aperte ostendi dicit: *Statum hominis in diversa, non pro constitutione Dei, sed pro arbitrij libertate versati.* Itemque rursum: *Si quaido ergo homo ex bono malus, vel ex malo bonus effici arbitrio mentis adiuvit, voluntas que libera est à Deo aucta corrigitur, non vis predestinationis operatur.* Quid quod illos qui sententiam illam Apostolicam, *Miserere cuius volueris &c.* quâ miserendi predestinandique libertas aperitissime divine voluntati ascribitur, ad predestinationem Dei vel predestinationem trahunt, hareticos esse definit? Ipse vero præclarissimus & Catholicus scilicet defensor libertatis, eodem modo ut magistri ejus Pelagius atque Iulianus ita locutionem illam intelligendam docet, *Miserere cui volueris, id est, inquit, quem iustum esse cognovero, cuius promptam voluntatem videro, quem præceptis meis obedire perpevero, quem meam facere probavero voluntatem.* Quid item illud quod ab eisdem hareticis, & illum evidetissimum locum: *Ergo cuius vult miserere, & quem vult induvat &c.* perperam ad Predestinationem Dei, hoc est predestinationem trahi putat? Et ut agnoscas quid destrueret molitur, cõmentarium illum Pelagij ab Augustino pluribus rejectum ac destructum locis, ab inferis quasi verum revocat, nempe sub interrogantis vel obijcientis persona contrarium sensum Apostolum introrittere, quem ex adverso propositum sequenti increpatione castigat dicens: *O homo tu quis es qui respondeas Deo.* Quem sensum ut omnibus coloribus Pelagianis instrueret, Iuliani fucos ab Augustino quoque deterfos & improbatos iterum affricare non erubescit. Sed quid opus pluribus perspicuis verbis in secundo libro asserit, *Præscientiam & prædestinationem Dei male intelligi ab astruentibus quod inde humanorum actuum causam nascatur.* Ad quod expugnandum cum omnes ingenij nervos toto primo libro adhibuisset, totamque

humanorum actuum diversitatem, à solo liberi arbitrij diverso nutu pendere docuisset, Dei voluntate atque proposito nequaquam voluntatem hominis per gratiam in salutis viam revocante atque flectente, tandem ipse egregius Doctor, omnem omnino predestinationem quasi fatalem necessitatem ab humanis actibus removel, sola relicta cum Pelagio rerum gerendarum præscientia. *Aliud est, inquit, præscire, aliud prædestinare.* Præscientia itaque gerenda prænoscit, postmodum prædestinatio retrahenda describit. *illa prævidet merita (in hac vita) hæc præordinat præmia (in altera)* Præscientia de alieno subsistit actus, prædestinatio autem de iudicio suo &c. ac sic nisi præscientia exploraverit prædestinatio nihil decernit. Iam vides arbitror quàm prædestinationem toties velut fatum ac gentilitiũ decretũ averfatus sit: nempe illam quæ non solius præscientia vice respectu humanorum actuum, sed etiam præparationis fungitur, quæ scilicet secundum Catholicam Augustini doctrinam liberi arbitrij actiones parat ac tribuit. Tali quippe prædestinatione tota meritum humanorum qualiumcumque machina à Pelagianis & Semi-Pelagianis omnibus instructa subvertitur. Hunc ergo unicum fuisse sibi in elaborandis istis libris propositum scopum in ipsa librorum præfatione, quam ad Leontium scripsit aperitissime profiteretur. Sic enim libros suos inscribit: *Professio fidei contra eos qui dum per solam Dei voluntatem alios dicunt ad vitam attrahi, alios in mortem detrahi, hunc fatum cum Gentilibus asserunt, indeliberum arbitrium cum Manichæis negant.* Quasi vero non esset unum inter dogmata Christiana præcipuum, quod per solam Dei voluntatem homo ad vitam attrahatur, et si nemo sine sua voluntate sequatur & veniat. Nam quod etiam Catholicos dicere innuat per solam Dei voluntatem alios in mortem deprimi & ex malevolentia profecta est mala intelligentia vel potius Catholica locutionis invidiosa perverfio: quam alibi Catholicis & Evangelicis vocibus exprimit: *Quomodo, inquit, dicitur quod assumatur unus, & alius relinquatur.* Et nihil tamen minus omnem hominum discretionem, quæ divino iudicio aut speciali, ut loquitur, decreto fit, eodem in loco totis viribus velut impietatem fatalis cuiusdam constitutionis oppugnat.

Lib. 2. c. 3.

Lib. 1. de gra. & lib. arbit. c. 7. in fine. Matr. 24. Lib. 1. c. 7.

Prima ratio abhorrendi propositum prædestinationis, quia est Gentilium fatum. Illud duplex, Astrologorum & Stoicorum.

CAPVT OCTAVVM.

SATIUS superque vidimus quanto horrore Massiliensis adeoque infausus ille Faustulus detestati sint illud discretivum propositum Dei: sive ut ipsi vocant, illud propositum vocationis, hoc est vocandi, quo eligendorum & rejciendorum ante mundi initium di-

citur facta discretio; illam a prædestinatis electionem; illam b Dei constitutionem quæ humanas prævenit voluntates; illud c propositum & consilium voluntatis Dei; illud d Dei iudicium quo homines secernuntur; illum e prædestinatum ac definitum electorum numerum: illud f incertum voluntatis g Dei; &



h. Faustus lib. 1. c. 13. & 14. i. lib. 2. c. 7. l. lib. de praedest. SS. c. 1. In initio Epist. Prosp. Hilari. c. 10. Lib. de praedest. SS. c. 16. p. lib. de cor. r. p. & grat. c. 9. Lib. de praedest. SS. c. 19. In Epist. ad Aug.

Dei; & ut Faustus sine furo loquitur, illam *h. praedestinationem ac i. praedestinationem; illud h. decretum speciale: ex quo videlicet fuit peculiaris illa & alta electorum vocatio, quam l. Augustinus & ex illo m. Massilienses, ita secundum l. lib. de praedest. SS. c. 1. voluntas donetur à Deo: nimirum quia o ipsa vom. In initio Epist. Prosp. Hilari. c. 10. Lib. de praedest. SS. c. 16. p. lib. de cor. r. p. & grat. c. 9. Lib. de praedest. SS. c. 19. In Epist. ad Aug.* propositionem Dei fieri dicunt, ut *o ipsa credenda voluntas donetur à Deo: nimirum quia o ipsa vom. In initio Epist. Prosp. Hilari. c. 10. Lib. de praedest. SS. c. 16. p. lib. de cor. r. p. & grat. c. 9. Lib. de praedest. SS. c. 19. In Epist. ad Aug.* catione ex non credente fit credens, ex non diligente p diligens, & in eo quod diligit Deum, permanet usque in finem: quia scilicet illa vocatio secundum propositum id profors agit & peragitur ad quod datur. Nunc videndum superest quibus ex causis tantum horrorem haberint; ut immutata facie Christiana gratiae inde ad aliam gratia praedicationem, se vel maxime, Prospero testante, contulerint.

Graves admodum & magno numero sunt querimoniae quibus illud propositum praedestinationis & electionis certorum hominum relicti alijs sicut ab Augustino traditur, Massilienses & omnes omnino Pelagiani vellicant, & accusando traducunt. Nos praecipuas quantum Deus dederit ad certa capita revocando recensebimus, ut intellectis querelarum radicibus accuratius eorum sententia de initio fidei & gratiae auctorio possit intelligi.

Prima igitur eaque capitalis illius propositi accusatio est, quod nihil aliud quam fatum illud gentiliam ab Ecclesia expulsum esse videatur. Quam querimoniam sexcenties inculcat Faustus duobus illis libris quos de gratia & libero arbitrio inscriptos ad removendam omnem praedestinationem actuum humanorum exaravit. Hinc & Prosper: *Et autem qua de fato &c. tacent, neque ipsum quidem onerant (Augustinum) in cuius libro copiosissime huiusmodi deserviantur errores. Dupliciter porro à gentilibus fatum assertum fuit. Alij namque vim postionis fuerim, & qualis est quando quis nascitur sive conicipitur fatum vocaverunt; cuiusmodi fatum, ut Augustinus, homines, quando audiunt illud nomen ulitata loquenti consuetudine in-*

Vid. lib. 1. c. 4. & lib. 2. c. 6. Epist. ad Ruff. in fine;

Lib. 5. de civitate Dei c. 11.

atelligere solent. Finxerunt illud Chaldaei sicutum inspectione & observatione celeberrimi, & Astrologi, quos Genethliacos vocant, magnopere coluerunt; à quo, ut Augustinus, Non solum aliter & eventa, verum etiam ipsas nostras voluntas pendere contendunt. Hoc & haeretici nonnulli ut Bardanes & Priscillianus in Ecclesiam conati sunt introducere. Alij unum *Aug. lib. 1. de praedest. SS. c. 1. & 14. c. 19. In Epist. ad Aug.* c. mixtionem seriemque causam dixerunt ratum.

Hi sunt Stoici, quorum nomine Chrylippus apud Agellium fatum esse dicit naturalium compositionem universorum ab aeterno, mutuo se consequentibus, immutabili & inviolabili hae compositione. Hae series causarum immutabilis ex quorundam saltem Stoicorum sententia seum trahebat necessitatem; de qua Trifnegillus; *Ad Anton. omnia natura & fato fuit, nec est locus vacuus a providentia. Est autem providentia in se perfecta ratio caelestis Dei. Cui duo sunt cognata facultates, necessitas & fatum. Nec Deum ipsum ab illa necessitate subtrahant. Eadem necessitas, inquit Seneca, & Deos alligat. Irrevocabili divina pariter atque humana curis volit. Ille ipse omnium conditor ac rector scripsit quidem fata, sed sequitur, semper parat, semel iussu. Semi-Pelagiani igitur invidiosissimis vocibus contra praedestinationem illam à Divo Augustino praedictam velut adversum fatum Gentilitium conclamabant: Non quod revera vel sicutum constitutionem vel ipsam causarum connexionem, velut causam salutis aut perditionis hominum ab Augustino asserti crederent, sed quod decretum illud Dei conditiones quasdam fati participare videretur; unde sicut Pelagiani qui eandem ipsam de causis calumniam Augustino inpegerant, dicere solebant hanc ipsam Dei benevolentiam fatum esse dicendam; ita Semi-Pelagiani illud benevolam decretum Dei, fati nomine infamabant, vocantes illud fatale decretum: *fatum vocaverunt; cuiusmodi fatum, ut Augustinus, homines, quando audiunt illud nomen ulitata loquenti consuetudine in-**

Aug. lib. 1. de praedest. SS. c. 1. & 14. c. 19. In Epist. ad Aug. lib. 2. c. 6. Faustus lib. 2. c. 6. & inter gratia vocabulum absconditam erit fatale de verum.

Causa triplex, antegressio propositi antè omnem hominis voluntatem, immutabilitas, & efficacia.

CAPVT NONVM.

TRIBVS autem de causis videntur illud Dei decretum horruisse, primò quod sicut fatum gentiliam hominis originem & omnem voluntatis humanae conductionem praecessisse diceretur. Tangunt istam causam Pelagiani primi, ut diximus suis locis, calumniae istius autores: hanc ipsam, inquit apud Augustinum, Dei benevolentiam, quod non merita sequitur, sed bona *lib. 2. ad Bonif. c. 6.* ind. b. r. i. gratuita bonitate largitur fatum potius esse dicendam. Et paulò ante, idcirco Pelagianos fatum nobis ascriptum dicit, quod gratiam Dei non secundum aliqua voluntatis merita, sed secundum ipsius misericordiam voluntatem,

lib. 2. ad Bonif. c. 6.

Ibid. c. 5.

quod nihil aliud est, nisi secundum Dei propositum tribui diceremus. Tangunt & illam apud Prosperum Massilienses: *si profiterentur ab ea (gratia) quae ex proposito manat) omnia bona merita praevenerunt necessitate, concederent Deum secundum propositum, & consilium voluntatis suae, occulso iudicio & opere manifesto facere aliud vas in honorem &c. Et paulò ante; T. illi virtutes, si Dei constitutio humana praevenerit voluntates. Vnde Faustus illam Dei constitutionem vocat praefixam legem originis, naturalem nexum, & similia, tacite indicans atque carpens, quod sicut Genethliaci actus hominum constellationibus tempore nativitatis observatis velut fatu tribuunt,*

lib. 2. ad Bonif. c. 6.

Fastus lib. 2. c. 6.

lib. 1. c. 10.

buunt, ita Catholici vitam hominis ex decreto Dei, quod ortui uniuersusque quali preformatam est, non dissimili impietate suspenderent. Atque istud est quod notanter apud Prosperum, propositum uocationis reprehendunt, quo vel ante mundi initium, vel in ipsa conditione generis humani eligendorum & reuocandorum dicitur facta deservio. Neque enim nova decreta Deus in hominum conditione formavit; sed allulione ad constellationes Genethliacas, que in euiusque nativitate respiciuntur, solent divina predestinationis proposito invidiam creare. Vnde & Faustus: Recedat hinc origo malis deservio vel fatali. Quod telum ut intelligeremus contra veram predestinationem esse vibratum, ita-
Lib. 1. c. 12.
Ibid.
lib. 1. c. 12.

tim adiecit: Voluntas que libera est a Deo data, corripitur, non vi predestinationis operatur. Altera causa est, absoluta propositi illius immutabilitas talis ac tanta initar euiusdem fati, ut nullo conditionis alicuius ex parte hominis involuntate defectu frustrari, nulla hominis industria in alteram partem posset infl. Cui. Talis quippe absoluta constantia & quah durities omnino intolerabilis esse videbatur. Ipsi enim omnes omnino predestinationes sive decreta Dei ita volebant ab humana pendere voluntate, ut pro eius posset diversitate mutari. *Oratio*, inquit Faustus, *intercedere oratio, resolvit deprecatio definitionem.* Et paulo post: *Elige utrum velis: aut necessitatem (nempe predestinationis atque propositi Dei) consistere mutuatam, aut veritatem convincere mentiam.* Et alibi, quid in Catholica predestinatione quam oppugnandam proposuerat sibi displiceret, & cur tanquam gentilitatis malum & fatale decretum

abijciendam putaret, luculente exprimit: Nam *Lib. 1. c. 4.*
est ad quam partem fuerit deputatus ignoret, utramque tamen partem deserviam esse & immutabilem non ignorat. Quae sane immutabilitas pessime quoque Massilienses habuit. Hinc est enim quod tam aegre tulerint, *Prædestinatum sive definitum* *Prof. in Ep. electorum numerum nec augeri posse nec minui:* Hinc quod detestati fuerint, *non posse aliud erga homines quoquo modo se egerint quam Deus deservit accidere.* Hinc quod omnis correptionis excidium appellaverint, quod sic *prædestinati* dicerentur, *ad utramque partem, ut de alijs ad alios minus posset accedere.* Ex quibus patet non tulisse Semi-Pelagianos nexum illum, quo intra cancellos alieni cuiusdam decreti omnem voluntatis considerationem præcurrentis, nulla voluntatis operatione vel variatione mutabilis ita libertas arbitrii quasi conclusa stringebatur, ut nullis precibus ab eo se posset vel conatibus expedire, vel impedire divina constitutionis effectum, quin ab ipsa ad præstitutum terminum sive volens sive invita raperetur.

Hinc tertia potissimaque detestandi illius quasi fatalis propositi causa fuit, ejus EFFICACIA in voluntatem quæ præcedentibus adjecta causis necessitatem quandam fatalem afferre videbatur. Vnde Massilienses conqueruntur: *Sub hoc prædestinationis nomine fatalem quandam induci necessitatem.* Et Faustus frequenter adversus illam necessitatem stomachatur, de qua supra dicentem a. divimus: *Aut præfixam necessitatem consistere mutuatam, aut veritatem convincere mentiam.* Sed hæc necessitas melius ex alio aculationis capite elucebit.

Secunda ratio abhorrendi illud propositum Dei, quia discretionem afferendo interimit liberum arbitrium tam ad bonum quam ad malum.

CAPVT DECIMVM.

SECUNDA igitur accusatio propositi sive prædestinationis fuit, quod liberum extinguat arbitrium. Vnde apud Prosperum hanc esse Divi Augustini doctrinam Galli asserunt: *Quod liberum arbitrium in homine nihil sit, sed sive ad bonum sive ad malum prædestinatio Dei in hominibus operetur.* Quod intelligunt fieri non ratione propositi nude considerati, ut in Deo latet, sed propter effectus quos per gratiam efficacissimam, quam Augustinus prædicabat, homines discernendo operatur; sive gratiam illam electis tribuendo, ut quod prædestinatum est, perruptis impedimentis omnibus possit impleri; sive gratiam illam negando; qua negata reprobi sibi dimissi deserant Deum & in exitium nullo retinente præcipites ruant. Itaque duo hic displicebant. Primum, quod uni gratia illa daretur, alteri negaretur: atque ita quos per propositum suum ab aeterno à perditionis massa di-

scernerat à cæteris in tempore, ipsa gratiæ collatione discerneret. Alterum, quod sive daretur sive negaretur, liberum subverteretur arbitrium.

Quod ad primum attinet, male admodum Semi-Pelagianos omnes habet quod illa discretio credentium & non credentium, orantium & non orantium, quam videmus in hominibus eandem prædicationem audientibus fieri, per ipsam gratiam fieri diceretur; ita scilicet, ut per eam uni credendi & orandi voluntas donaretur, alteri subtraheretur gratia negaretur. Adversus quam gratiæ & consequenter effectuum ejus distributionem multis in locis Faustus vehementer insurgit. *Non specialem,* inquit, *esse circa credentes Dei munificentiam docet, quando & eos quos incredulitas arguit de gratia credere potuisse demonstrat.* Et non multo post objecto sibi loco, *nemo venit ad me nisi Pater qui misit me traxerit eum;* sic respondet: *Quis traxit*

Cap. 6. Gall.

Faust. lib. 1. c. 15. 10an. 6.

Ibid. c. 17.

tam immemor salutis suae sit qui attrahentis misericordiam negare praesumat, sed ille vere impius est, qui eam non omnibus ingeri non omnibus testatur impendi. Et ut sciremus quantopere distributionis illius inaequalitate, & ea quam per illam Deus facit hominum discretionem torquerentur, post proscriptos Pelagij errores, istud Catholicae doctrinae caput, primum invadit.

Lib. 1. c. 3.

Nunc, inquit, veniendum est ad illos qui diuinam gratiam alijs dari, alijs negari asserunt, gratia minus cum Pelagio perdidit. Nec vero minus moleste eandem doctrinam istam Augustini Massilienses ferunt. Nam apertissima illa Scripturae loca & creberrime ab Augustino usurpata: Sic

Rom. 12.

ut unicuique prout est mensurae fidei, & similia, (quibus inaequalis gratiae dispensatio & hominum ex donata credendi voluntate discretio significatur) nolunt Hilario teste ad hoc

In Epist. ad Aug.

valere; ut uni etiam daretur, ut velut reiectis ab hoc dono alijs pariter reus, & qui possent similiter liberari, si ea quae pariter indigni praestatur credendi voluntas etiam ipsis similiter praestaretur. Ex quo consequenter fit ut & ipsam praedicationis inaequalitatem, qua Evangelium alijs vel alibi vel nunc praedicatur vel non praedicatur, nolint juxta doctrinam Apostolicam ex divina voluntate discretionem hominum asserente

Hilar. ibid.

contingere. Sed id dicant praescientia esse divinam, ut eo tempore & ibi & illis veritas annuncietur, quando & ubi praevideatur esse credenda. Iam vero ex tali hominum per gratiam discretionem altera non minor absurditas, ipsa scilicet everfio libertatis, ipsorum iudicio videtur sequi. Nam si daretur à Deo divinae constitutionis executrix gratia, iam violentè videbatur voluntatem in alteram partem cogendo rapere, adeoque sola quidquid praedestinatum est operari. Audi Prosperum: Scri

Epist. ad Russ.

pta eius (Augustini) quibus error Pelagianorum impugnatur, insaniunt: dicentes, eam liberam arbitrium penitus submovere, & sub gratia nomine necessitatem praedicare fatalem. Et quod hoc intelligerent idcirco fieri, quod vel necessitate raperetur vel sola gratia effectum inferente nihil faceret, ex alio loco clarius liquet: Nimirum

Ibid. vers. finem.

verò inerte nimirumque inconsiderate ab adversariis dicitur, quod per hanc Dei gratiam libero nihil relinquatur arbitrio. Nam quod coactionem & violentiam per gratiam asseri putarent homini, sapissime indicat Faustus: Cum ergo

Faust. lib. 2. c. 6.

audis, inquit, ex peccante dictum est, invitamentem intellege, non cogentem. De Jacob & Esau discretionem loquitur. Sed apertius in eodem loco:

Ibid. Faust.

Si magister gentium de genesi hominum tractare cepisset, & diceret homini totius vitae cursum origine praesentem, & magis necessitati subditum, quam libero arbitrio fuisse commissum, eo quod Dominus omnium propoteris nunc, violenter pro decreto alios relinqueret ad perditionem, alios eligeret ad salutem; tunc forsitan velut per sineas decurrentes colerem hunc iniqua persuasio possit asserere. Contra quam gratiae & praedestinationis violentiam laepe differit: Volentes, redimit, inquit, voluntatem remanerator. Iustus enim arbitrio Deus voluntariam cupit redire quem non iustum meritis corripisse. Unde

Lib. 1. c. 17.

Paulo ante: Fatalis persuasio quae vim praescientiae cogentis inducit omnino respicienda est. Imo quod peius est, solam gratiam putat effectum operari. Nam obiecto Scripturae loco, nisi Dominus edificaverit domum &c. respondet: Nunquid Dominus pro se tantum velut solitaria procuratore salutem humani generis administrat? Non, utique. Sed totam Semi-Pelagianorum intelligentiam de Catholica gratia & stomachum profundit capite octavo libri primi: huius improba persuasionis asseror hominem &c. huius animantibus & inmentis insipientibus astra at comparandum, ut ad vitam rectam nullo suo ductu sed violento tantum auctoris imperio pertrahatur. Et infra: Ita ex homine (ut ex elementis) ab omni exercitio virtutis onoso, insitit fructus, ac bonarum rerum appetitus, atque profectus, & quasi in nullo vel sentiat vel consentiat, ita com appetit, gesserit, in nullo ad conatum eius ac studium pertinere iudicentur. Et sicut

mare magnum, quod hinc atque illuc ventis agentibus volitatur, ita ad quodcumque bonum vel facinus sine ullo affectu suo, solo divinae potestatis impulsione humana versetur. Ecce haecitibus si b; praetextu gratiae qualem vult hominem esse post gratiam. Ecce qualem Faustus de gratiae operatione sentium habet, ob quam causam omnem omnino Dei gratiam, etiam perfectionis assequenda causa juvantem & roborantem voluntatis inchoatae vires contra Massiliensium opinionem eam admittentium abiecit. Quod vero hic liberi arbitrij interitus ultimo tandem in illud quali fatale decretum refereretur, ex qua gratia illa fluit, audi non obscure significantem: Aperte, inquit, ostendit (Paulus) statum hominis in diversa non pro constitutione Dei, sed pro arbitrio libertate posse versari. Et paulo superius: Voluntatis quae libera est à Deo data corrigitur, non vi praedestinationis operatur. Quasi libertas, & mutans voluntatem praedestinatio repugnaret. Hinc orta est ergo illa Prosperi secunda quaestio ad Augustinum: Quomodo per istam operantem & cooperantem gratiam liberum non impediatur arbitrium: ut Massiliensibus hac de re maximam commoventibus difficultatem satisfaceret.

Quod si verò eadem illa gratia subtrahi statuatur ipsi, quos ex eadem massa formatos alio decreto Deus abiecerit & vasa in contumeliam factos a ternae perditioni destinaverit, etiam sic eos inevitabili necessitati subditos elie, destructaque libertate peccare querebantur. Cum enim in Augustini sententia vires omnes ad credendum, sperandum, ac diligendum Deum per peccatum originale ita perisse doceantur, ut nemo vel credere possit, aut in fide data perseverare, nisi cui Deus per illam gratiam credendi perseverandique voluntatem cederit & consequenter dare proposuerit, quid ille faciet cui Deus gratiam illam ex isto reprobationis proposito denegaverit nisi ut inevitabili necessitate iustitiam nolit? Nam & hoc decretum abiectionis omnem hominis voluntatem praevinit. nec ex forte praedicationis ad alteram partem accedere eadem immutabilitas decreti finit. Hoc est ergo quod Faustus

423

Faustus ingerit: Quid iam ultra speret quem iam gratia suam fecit? In quo e contrario non desperet quem profinito violenta damnavit? In hoc culpa, in illo gratia locum non habet. Et alibi: Cum autem Apostolus dicat: Peccantem coram omnibus argue, nulla ratio est qua vel arguendus sit vel eandem nandus, qui delinquit in vniuersum. Quod latius in eodem capite paulò ante exequitur: Dum liberi, interemptor arbitrij & alterutram partem omni ex prædestinatione statuta & definita esse pronunciat, etiam suprema remedia penitentiae, sensu abrupto pietatis evacuat. Et quomodo predicat gratiam qui misericordiam negat? Quomodo videtur asserere Dei conueniunt tollit auxilium &c. Quomodo mihi dicitur declina à malo & fac bonum, si iam malum declinare non possim. Eandem querimoniam asserunt Massilienses in Epistola Hilarij ad Augustinum ubi agerime terunt talè post lapsum hominis infirmitatem asseri. Vt ei nolle iustitiam merita-
 bilitate necessitate conueniunt sit, præter illos qui sic conuerti sunt his qui cum uersa massa damnati sunt ut exciperentur per gratiam liberandi, hoc est, præter eos quos Deus per gratiam liberare proposuerit. Et ibidem clarius dicunt, omnia peccata esse tantum in causa culpabilium propter distinctum scilicet libertatis arbitrium cui gratia denegatur. Nam si non potest, inquit, timere quis (id) unde terretur nisi ea voluntate que sumitur, scilicet à Deo dante voluntatem istam prædestinatis suis & negante reprobis NON EX EO CULPANDVS, quod nunc non vult, sed in eo & cum eo qui sic aliquando voluit ut eam damnationem cum suis posteris mereretur incurrere, ut nunquam recta semper autem parua vellet appetere. Sed omnium luculentissime radix istius querelæ intelligitur ex illis objectionibus quas libro de correptione & gratia retundit Augustinus, ubi extra culpam se videri volunt qui non obedunt Deo, quia non sunt discreti, hoc est prædestinati à Deo, nec obediendi gratiam ab illo acceperunt. Nam omnes eandem in illo libro refu-

atatas querimonias à Massiliensibus fuisse frequentatas testatur in Epistola sua Prosper: Atque ut breuius, inquit, ac plenius quod opinantur exponam, quidquid in libro hoc (de correptione & gratia) ex contradicentium sensu Sanctitas sibi opposuit, quidquid etiam in libris contra Iulianum ab ipso sub hac questione obiectum potentissime debellasti, hoc totum ab istis Sanctis intentiosissime concludatur. Ex quo etiam patet non minus illas querelas de fato, destructoque libero arbitrio, cæterisque de quibus dicturi sumus, quam ipsum errorem de initio fidei, à Pelagianis Massilienses didicisse & esse mutatos: Vnde fit ut eodem quoque modo Catholicis Manichæi hæresim, propter liberi arbitrij destructionem impigerint, Dum Pelagij impietatem, inquit Faustus, nescis refugere, ad Manichæorum dogma pestiferum, qui liberum arbitrium totum denegant te intellige declinare. Et utramque quam huc usque retulimus complexus calumniam, sic libros suos inscribit: Professio fidei aduersus eos qui dum per solam voluntatem Dei alios dicunt ad vitam trahi, alios in merem deprimi; hinc satum cum gentilibus asserunt; unde liberum arbitrium cum Manichæis negant. Nihil enim taxat aliud refutandumque suscipit totis illis libris nisi sententiam Augustini: quamvis calumiosis locutionibus ei sepiissime inuidiam & odium apud imperitos creet, quasi vi prædestinationis vel reprobationis homo in mortem peccatumve premeretur. Nimirum ut aliqua aliud oppugnabile videretur, quam Catholicam de prædestinatione & reprobatione sententiam. Videri possunt ea quæ de Pelagianorum querelis contra præuenientem gratiam Augustini fuisse diximus. Nam ut error iste Massiliensium, quo fidei & orationis initium sibi tribuunt, à Pelagianis jam declinantibus mutuo sumptus est, ita & querelæ aduersus assertam ab Augustino veritatem.

Tertia ratio horrois quia desperationem asfert & ignaviam. Causa desperationis triplex; Ignaviæ duplex. Pauca de modo, quo sentiebant solam gratiam operari.

CAPVT XI.

ET ista quidem duæ jam tactæ rationes auersandi illius propositi capitales sunt, ac veluti fontes unde omnes reliquæ querelæ manant. Itaque duplex aliud malum ex eo conueniunt sequi. Desperationem in peccatoribus sit, & ignaviam in Sanctis. Vtriusque ratio est, quod necesse sit utrumque accidere id quod diuinitus præueniendo voluntatem humanam absoluto proposito constitutum est: Frustra itaque laborari aduersus id quod nullo conatu sive bene sive male agendo mutari potest. Luculentissime utrumque malum & ejus causæ deducuntur in Epistola Prosperi ad Augustinum: ubi dicunt: Hoc propositum vocationis & lapsis curam

resurgendi adimere & Sanctis occasionem temporis asserre. Causam addunt: eo quod utraque parte superfluum labor sit, si neque reiectus ulla industria possit intrare, neque electus nulla negligentia possit excidere. Quoquo enim modo se egerint, non posse aliud erga eos quam Deus desinuit accidere, & sub incerta spe cursum non posse esse constantem: cum si aliud habeat prædestinantis electio, cassa sit omnium intentio. Et idem inculcantes adiungunt: Remoueri itaque industriam tollique virtutes, si Dei constitutio humanas præueniat voluntates.

Porrò quod ad primum illud desperationis malum spectat aliam eamque non minimam causam in illa diuinæ voluntatis seu propositi INCERTITVDINE collocant. Neque enim vide-

videtur eis fortiter constanterque posse quempiam spem concipere & laborare, si dubium & incertum est utrum sublit causa sperandi & laborandi, dum ignoratur quid de te Deus immutabiliter constituerit. Unde in eadem Epistola dicit Prosper, eos idcirco non acquiescere quod prædestinatus electorum numerus nec augeri posset nec minui: NE SUPERFLVA sit industria ad laborem in medio cuius fructum CESSANTE ELECTIONE frustrandam sit. Hoc est ne frustra laboret si forte extra sortem electorum fuerit. Sed clarius inter refutandum exponit causam illam Augustinus: Hæc

Lib. de dono
perfer. c. 17.

dicentes, inquit, nolunt hominibus prædicari de Deo esse, ut veniant ad fidem & permanentur in fide, ne plus DESPERATIO quam exhortatio videatur afferri, dum cogitant qui adunt INCERTVM esse humana ignorantia, cui largiatur Deus, cui non largiatur hæc dona. Et inferius in eodem libro:

Cap. 17. cit.

Cur ergo corripimus impudicos & contentiosos &c. nec timeamus ne permoti divini voluntatis INCERTO, plus in hac prædicatione desperationis quam exhortationis inveniant. Et in libro de prædestinatione

Cap. 11.

Sanctorum propria Massiliensium verba præmens: Miror, inquit, homines infirmitati sue se male committere quam firmitati PROMISSIONIS Dei, hoc est divini propositi ac voluntatis. Sed INCERTA est mihi, inquit, de me ipso VOLUNTAS (hoc est propositum istud) DEI. Quid ergo? Tuane tibi voluntas de te ipso certa est?

In Epist. ad
August.

Hoc est ergo quod de illis Hilarius dicit: Nec ad incertum voluntatis Dei deducere volunt, ne videlicet desperatio illa incertitudine concitetur. Ut quod efficaciter superius adductis verbis Prosper exprimit: *Et sub INCERTA SPECIFICATIONE non posse esse constantem.*

Sed & tertiam videntur causam desperationis attulisse: quod videlicet post lapsum Adæ tanta hominis infirmitas esse diceretur ut non posset velle iustitiam, nisi eadem illi voluntas ista donaretur à Deo. Nulla enim vel conandi videbatur eis superesse spes, si nullum ex se homo proferre posset voluntatis motum. Hanc Hilarius videtur in Epistola tenuisse cum dicit: *His Sanctitatis tuæ verbis ut moventur ut dicant, quandam DESPERATIONEM hominibus exhiberi.* Causam desperationis videtur illis verbis comprehendere: *Si enim sic quidam deseruntur, ut aut nec accedant, aut si accesserint & recedant, ad illam voluntatem pertinuisse dicunt exhortationis vel communiōis utilitatem, qua & persistendi & desistendi obtinet liberam voluntatem, non ad hanc cui nolle iustitiam inevitabili necessitate conunctam sit.* Quasi talis voluntas loco exhortationis, desperationem deberet ex virium suarum imbecillitate concipere, quia videlicet nescit utrum sibi Deus daturus sit perseverantem iustitiam diligende voluntatem, quam ex se proferre non potest. Et sic ista tertia causa ex duabus præcedentibus divini scilicet voluntatis seu propositi incertitudine & immutabilitate dependet.

Iam verò quod electis & Sanctis hæc propositi divini prædicatio afferret ignaviam sepiissime stomachatur Faustus & queritur: duas autem istius absurditatis causas indicare

A videtur, unam quod electus securè possit effectum illius propositi, gratiam scilicet qua bene vivendi voluntas datur, cœlitus expectare: alteram quod illa gratia qua facit hominem facere, iam ex proposito illo collata, sola totum effectum, non concurrente libera voluntatis devotione perficeret. Primam insinuat quando virtutum quarundam operibus in medium adductis Faustus dicit: *Quis hæc sine labore cordis sine afflictione carnis sine magno hominis viribusque luctamine dormienti sibi per solam gratiam asseruit conferenda?* Et Massilienses apud Augustinum eodem sensu & intentione in ejus sententia prædestinatis dici posse contendunt: *Si qui estis necdum vocati, quos gratia sua prædestinaverit eligendos, accipietis tandem gratiam qua velitis & scitis electi.* Nimirum voluntatem prædestinatos de ventura gratia que quamvis incredulis tandem ipsam credendi voluntatem dabit, vivere posse securos.

B Alteram verò causam quæ ex ipsa executione prædestinationis per gratiam oritur multis item locis quasi Catholicorum sententiam confutando Faustus exaggerat. Nunquid Dominus, inquit, per se tantum velut solitaria promissione salutem humani generis administrat? Et rursum: *Audi & alio loco Apostolum non tua otia prædicantem.* Nempe quia Apostolus laborandum pugnandumque præcipit quasi gratia afferret otium, & sola totum operaretur. Unde ex eorum quos refellit sententia procuratoriam salutis OTIOSVM NEGOTIVM vocat; illustresque viros dicit per QUIETEM & DESIDIAM coronari. Adversus quam quasi orthodoxorum opinionem opera bona à sua voluntate remouentium, dum ea gratia & prædestinationi tribuunt, verba Salvatoris opponit qui unicuique secundum OPERA SUA reddendum prædicat: *Adverte, inquit, quia dominus dicit, Opera sua salutem hominis non in prædestinatione factoris, sed in operatione simulantis largitor gratia collat. Et quasi à gratiæ defensoribus putarentur actus boni in homine sine voluntate per solam gratiam poni: Si ergo, inquit,*

*actus hominis non est etiam voluntatis, quomodo dicit, si volueritis? Hæc ergo est causa desidiosa quam ex prædicatione gratiæ illius Augustiniana (qua scilicet prædestinatos ejusmodi antea nolint & velle facit & facere) exortiri putat: nempe quod cicerent ut alibi exprimit: Solum per se gratiam effectum humana salutis operari. Et totum solus esse gratia. Videtur enim ad Divi Cypriani verba ab Augustino identidem inculcata respicere quibus dicit gratiam commendando: *Ut dum datur totum Deo &c.* Cyprianus in *Quoniam n. strum nihil est.* Et ad illa ipsius Augustini: *Tutores igitur virimus si totum Deo datur: non autem nos illi ex parte, & n. bus ex parte committimus.* Hæc enim & similia verba Faustus & Semi-Pelagiani passim ita vel intelligebant vel ab alijs volebant intelligi ut hominem segnitiam verso omnis per gratiam extingueretur humanus motus, quasi homo ad fidem & opera bona invitus & repugnante voluntate cogeretur; atque ita con-*

consequenter omnis omnino suffocaretur vigilantia & labor, siue in omnibus operibus gratia ut Faustus & alij nonnulli cum Pelagianis persuasum volunt, siue in sola illa prima credendi voluntate, ut illi Massiliensium quorum sententiam Augustinus ex Prosperi & Hilarij relatione confutat. Longe quippe difficilius intelligitur, quod spiritu ubi & quando vult spirante, gratia hominem ex invito, nolente, & acerbissime repugnante ita volentem facit ut sine illa velle non possit; quam quod hominis iam volentis atque credentis voluntatem roborat, currentem incitat, desiderantem inflammat magis ac magis: illud enim præ se ferre videtur, nescio cuius coactionis & violentiæ speciem, quæ ex diametro repugnat voluntario; hoc verò dyntaxat cooperationem operanti iam voluntati datam, & infirmitatis euiusdam sonat adiutorium: nemo enim proprie adjuvatur nisi qui etiam, ut Augustinus loquitur, aliquid sponte conatur: Vnde contigit, ut propter eandem illam intelligendæ difficultatem in fine Pelagianis sua damnatione percussis posterioris generis adiutorium quod iam volenti atque operanti voluntati, ad cooperandum & adjuvandum datur admiserint, priore illo, quod ipsam voluntatem tribuit penitus repudiato. *Fatemur enim est, inquit Augustinus, Spiritum Sanctum mentes bonas non solum adiuvisse quod & ipsi volunt, sed etiam bonas fecisse, bonam scilicet voluntatem primitus dando quod nolunt.* Et in ultima adversus Iulianum lucubratione: *Si non prævenerit (gratia voluntatem) ut operetur eam, sed primum existenti voluntati cooperatur, (uti dixe-*

rat Iulianus) quomodo verum est Deus in nobis operatur & velle? &c. Ecce facile intelligunt etiam ipsi Pelagiani quomodo gratia voluntatem, id est volitionem iam existentem & operantem cooperando adjuvat; quomodo verò non existentem cooperando faciat, nunquam capere potuerunt. Vnde illa calumniosa Pelagianorum adversus primam illam prævenientem & efficacissimam gratiam phrasæ, quod gratia homini invito & reluctanti suadentem virtutem immutat, quod hominem cogat, & similia quæ in Massilienses una cum illo errore transfusa sunt. De quo latius ea consule qui de Pelagianis diximus. Eadem enim omnino Massiliensium istorum est de prima gratia voluntatem omnem præveniente & operante voluntate. Nam de illa quæ voluntati hominis adjuvando cooperatur, nulla cum ipsis difficultas, juxta Prosperum, Hilarium & Augustinum fuit. Vnde quod omnem omnino gratiam quæ etiam post habitam voluntatem opus bonum operari facit ac tribuit, Faustus & supinde Cassianus sibi non constans videntur carpere, tanquam bonæ operationis merito & laudi hominis libertati que contrarium, non istum Massiliensium errorem de quo tractamus, sed purum putumque Pelagianismum sapit: Quem hac in re Faustum tenuisse & Cassianum vacillasse iam supra meminimus: nonnullaque ex Fausto testimonia tum illo capite tum plura decimo attulimus. Nam omnem gratia tractum quem Catholici ex verbis Christi asseriebant, duris nexibus & violento potestatis nutu ille putabat fieri.

Quarta abhorrendi ratio, eaque quintuplex, quia præceptum, exhortationem & correptionem interimit.

CAPVT XII.

SED quarta & omnium invidiosissime jactata divini propositi accusatio est, quod adificationi audientium, hoc est prædicationi, exhortationi, correptioni huiusmodi decretum divini prædestinationis esset adversum, quæ Massiliensibus tam enormis & aperta videbatur absurditas, ut isto veluti clypeo omnium argumentorum tela in se coniecta repellerent. Hinc Hilarius sic relationem suam exorditur. Hæc sunt quæ Massilia vel alijs etiam locis in Gallia ventilantur. *Novum & INUTILE ESSE PRÆDICATIONI, quod quidam secundum propositum eligendi dicuntur, ut id nec arripere valeant nec tenere nisi credendis voluntate donata.* Et Prosper: *Nec acquiescunt, prædestinationum electorum numerum nec augeri posse nec minui, ne locum apud infideles ac negligentes cohortantium incrementa non habeant.* Quam verò vel sola ista larva Massiliensibus terribilis esse videretur, ex eisdem Prosperi

verbis collige quibus dicit: *Ed postremo pernicacia tota descendit ut fidem nostram (de illa quam dixerat Dei constitutione quæ humanas prævenit voluntates) adificationi audientium contrariam esse desinant ac sic etiam si vera sit non promovendam: quia & perniciose non recipienda tractatur, ut & nullo periculo, quæ intelligi nequeant reticentur.* Nimirum duas causas exprimit cur doctrina etiam vera de isto electionis proposito suppressenda esset: quod scilicet nec proposita esset intelligi, nec intellecta recipi; nimis enim obscura difficilisque videbatur propositi illius cum exhortatione conciliatio, nimis adversa infirmitatibus hominum ejus prædicationi.

Porro quinque videntur fuisse in illo proposito cum exhortatione & correptione conciliando difficultates. Prima est quod homini nihil penitus ad salutem suam vel inchoandam vel promovendam posse diceretur, nisi ei per gratiam ex illo proposito dimanantem daretur

daretur à Deo usque ad ipsam etiam credendi primam voluntatem. Nam illud prædestinationis, electionis, discretionis & liberationis propositum, non alio ex capite ab Augustino asseritur, nisi quod tota generis humani massa in iustissimam damnationem per peccatum originale collapsa vires omnes amiserit relurgendi. Ex quo fit ut nemo ab alio discerni possit: nemo resurgere, nemo liberari, nisi cui Deus per gratiam prorsus gratis bonam credendi, sperandi, diligendique voluntatem inspirare & conservare voluerit. Hinc igitur primæ difficultatis nodus, nam si nihil in homine superesse credimus per quod ad accipiendam prædicationis fidem se posset extendere, nisi ipsa voluntas per Dei propositum live voluntatem detur, cui bono tanta exhortationis instantia? Nodum istum rodunt Massilienses apud Hilariu[m]: Excludi putant, inquit, on nem ad Augustinu[m] prædicationis vigorem, si nihil quod per EVM EXCITETUR, remansisse dicatur. Et inferius: Asserunt inutilem exhortandi consuetudinem, si nihil in homine remansisse dicatur, quod correptioni valeat excitare. Et rursum accuratius: Ad illam voluntatem pertinuisse dicunt, exhortationis vel comminationis utilitatem, qua & persistendi, & desistendi obtineat liberam potestatem (scilicet ad voluntatem Adami pollutis viribus per quas exhortationibus obediret) non ad hanc cui nolle iustitiam inevitabili necessitate coniunctum est.

Hilar. Ep ad Augustinu[m]

Lib. de dono pe. scy. c. 15.

Lib. de Præ. c. 12.

Secunda difficultas qua in cardine præcedentis vertitur, hæc est: Quod absurdum videatur Deum id ab hominibus infirmis per præceptum & exhortationes petere quod ipse daturus est; & hominem propter bonæ voluntatis defectum culpæ, corrumpere, redarguere, quam ipse qui dona sua distribuit singulis prout vult donare non voluit. Multum inculcatur ista difficultas ab Adrumetinis Monachis quorum querelas omnes, ut supra Prospero attestante diximus, Massilienses fecerunt suas. Sed eas quia præcedenti libro re. ensuimus non opus est hic repetere.

Tertia difficultas est quia hoc ipsum quod bona voluntas homini infideli danda, vel peccatori restituenda prædicatur ex proposito voluntatis Dei, omnem conatum hominis reprimat quo ad eliciendos illos bonæ voluntatis motus anniti posset: quid enim conabitur, inquit, ille qui voluntatem ipsam sibi audit non nisi ex divino proposito largiendam? Hoc illis verbis exprimitur in Epistola Hilarij qua non extat, sed fragmentum ejus aliquod

fuit libris Augustinus inseruit: Neminem inquit, posse correptionis stimulis excitari, si dicatur in conventu Ecclesie audientibus multis: ita se habet de prædestinatione desinita sententia v. l. n. i. v. e. i. u. i. & c. Ceteri vero qui in peccatorum dilectione remorantur, ideo nondum su. rexistis, quia necdum vos adiutorium gratie miserantur erexit & c. Et ad illa verba alludens alibi de Massiliensibus dicit, quod nisi aliquid sibi assignent, quod propter deum ut retrib. atur eis, ab omni studio pietatis se reprimi putant, quia scilicet qui ab alio sibi dandum audit ipsum studium pietatis, eo ipso videtur

à proprio conatu reprimi, & ab alio totum expectando in segnitatem verti. Nam illam illius querimoniam esse sensum ex alio Augustini loco patet: ubi post illa cetera de prædestinatione verba notat, si similia dicantur de præscientia, tales eritis quales vos Deus esse præserit, fieri posse ut hoc audito nonnulli in torporem severtentemque vertantur. & à labore prætives ad libertatem post concupiscentias suas eant: nec tamen propterea de præscientia Dei falsum putari debere, quod dictum est.

Quarta difficultas oritur ex illa quam supra diximus in eadem voluntate ac voluntatis Dei. Nemo enim audita exhortatione, qua ad credendum & bene vivendum incitatur, videtur posse serio & sedulo ad conandum assurgere: quia utrum Deus sibi ab æt. rno fidem & vitam bonam ad quam impellitur, dare propofuerit, prorsus ignorat. Ita consideratione motos fuisse Massilienses, indicat Augustinus, cum eorum verba, quibus dixerant, quod hæc prædestinationis desinitio audita, nemo possit correptionis stimulis excitari, ita quasi commentan. o explicat; Hæc dicentes nolim hominibus prædicari dona Dei esse ut veniant ad fidem & permaneat in fide, ne plus de speratio quam exhortatio videatur asserri, diu cogitant qui audiunt, incertum esse humana ignorantia cui largiatur Deus, cui non largiatur hæc dona. Ex quarum quatuor difficultatum explicatione perspicue liquet, in hoc scopulo Massilienses præcipue passos esse naufragium quod nullo modo ista duo vel conciliare vel capere poterant, posse nos totis viribus jubere, monere, hortari & blandiri, corripere, increpare, minari, Et illum quem tanto verborum strepitu ad faciendum impellimus, non posse pro suo arbitratu illas operationes proficere, quæ ab illo flagitantur: sed possenda esse à Deo, & ex libero divinæ prædestinationis proposito expectandas & largiendas. Quæ sane apprensus absurditatis & repugnantia species etiam Adrumetinos Monachos torserat, ut ex libro de correptione & gratia declaravimus. Præviderat eam & ad eisdem scribens breviter nervoseque Augustinus exprelerat: Quomodo, inquit, quod dicitur, facit vobis, hoc dicit, dabo vobis? Quare iubet si ipse daturus est? Quare dicit si homo facturus est?

Quinta difficultas qua inutilem exhortationem facit, est illa divini propositi immutabilitatis quam & supra tetigimus. Quid enim conabitur ille quem exhortamur, cum sciat immutabile esse, quicquid divinitus constitutum est, nec in aliam sortem se suo nisu posse transferri. Hilarius illam his verbis tetigit: Nam si sic prædestinati sunt, inquit, ad utramque partem, ut de alijs ad alios nullus possit accedere, quomodo tanta extrinsecus correptionis instantia? Hinc igitur merito inter ceteras illam proponit Augustino Prospero quaestionem: Quomodo per hanc prædicationem PROPOSITI DEI quo fideles sunt qui præordinati sunt ad vitam æternam, nemo eorum qui COHORTANDI sunt, IMPEDIATUR, nec occasionem negligentia habeat, si sic prædestinatos esse despererit. Ex qua quaestione per-

Lib. de don. pe. scy. c. 15.

Ibid. c.

Lib. super. r. c. 14.

Lib. de gra. & lib. ad Adrumetinos.

In Epist. ad Augustinu[m].

perspicuum est non esse sic distinctas de gratia & proposito seu prædestinatione difficultates, etsi voluntas & fides per gratiam immediatius quam per propositum fiat. Nam cum gratia sit infallibilis & efficacissimus illius propositi effectus, tota difficultas ex gratiæ operatione fluens, in propositum Dei actionem illam prædestinantis & per gratiam dantis tanquam in originem suam & cardinem retorquetur. Patet & illud gravem admodum fuisse Massiliensibus visam illam de exhortatione difficultatem:

A usque adeo ut cum Augustinus exemplum de Saule ac David adduxisset, quos Deus ad regnum terrenum perduciturus, quorum voluerat voluntates potentissime ad favendum inclinaverat, respondendum iudicavit illa exempla non pertinere ad questionem, qua de exhortatione versatur. Quali tota difficultatis moles in concilianda cum Dei proposito exhortatione versaretur. Vnde creberrime Prosper & maxime Hilarius in suis Epistolis illam difficultatem refricant.

Lib. 1. de
correp. &
grat. c. 14.

Hilar. in
Epist. ad
August.

Quinta ratio, quia extinguit orationem.

CAPVT XIII.

QVINTO averfantur illud Dei prædestinantis propositum, quia videtur omnem orandi necessitatem extinguere, sive enim divinæ voluntatis proposito homines à perditionis massa discreti sint, sive non discreti, pariter nihil opus est oratione. Quidquid enim in electis ut fiat, Dei voluntate prædestinatum est, etiam nemine orante complebitur; quicquid in reprobis prædestinatum est ut non fiat, nullus oratione impetrabitur quia rigor illius propositi flecti nequit. Hæc prima est, ideoque pœne præcipua Faustii Regiensis querimonia. In altera tram, inquit, pariem subsidia orationis excludunt. Quid enim ultra speret, quem iam gratia summi fecit? In quo è contrario non desperet, quem præfinito violenta damnavit? Ut verò aduersus illam ex originis damnata massa discretionem

A quam libero suæ voluntatis decreto Deus facit, se disputare declaret, sensum suum haud multo post his verbis luculentius prodit: Qui unum ex origine perditum, alterum in prædestinatione affirmat electum, vide quo improba persuasione declinet. Quid enim aliud dicit nisi quod ad utroque orationis neuter indigeat. Nam iam præordinatis ad vitam necessaria non erit; deputatis ad mortem prodesse non poterit. In isto supervacua, in illo infirma indicabitur. Beneficia supplicationis qui in acquiritione prædestinationis est, non requirit: qui vero in perditionis parte, non recipit. Quod si curam impendendam æstimat orationi, indubitanter in ea illa qua imminent posse mutari. Hæc ille. Quibus ultimis verbis clarius indicat illa potissimum divini propositi immutabilitate supplicandi & orandi subsidia suffocari.

Ibid.

August. lib. 1.
de grat. &
ib. ub. c. 4.

Sexta & septima ratio, quia introducuntur duæ partes humani generis, duæ naturæ, duæ massæ cum Manichæis.

CAPVT XIV.

CVM verò verbis citatis perditionis partem nominat, sextam abhorrendi propositi causam insinuat, quæ apertius à Massiliensibus tangitur. Molestissime siquidem ferunt, illo prædestinationis decreto totum genus humanum in duas partes dividi, quarum una vitæ, morti altera destinata sit, tantumque chaos inter illas firmatum, ut neque in hac neque in altera vita, una ad alteram transire non possit. Hinc in Epistola Hilarij dicunt: Nam si sic prædestinati sunt ad VTRAMQUE PARTEM, ut de alijs ad alios nullus possit accedere, quo pertinet tanta extrinsecus correctionis instantia? Cui ut illis videbatur absurditati cum remedium adhibuissent discretionem unius ab alio, totamque divinorum decretorum diversitatem ab humani arbitrij motibus suspendendo, commenti istius magnam quali tractum inferentes; atque ita, in-

A quiunt, non opus esse partes constitui, quibus nec adiacendum sit aliquid nec detrahendum. De iisdem partibus & Faustus clarè loquitur, ubi superfluum ex illo capite esse orationem inculcare fatagit: Sed quid orare, inquit, homini prædedit in una HARVM PARTIVM constituto? Nam c. si ad quam partem fuerit deputatus ignorat, utramque tamen definitam esse & immutabilem non ignorat.

Lib. 1. c. 4.

Affinis isti querelæ est & alia, quæ septima esse potest; quod sub illo divini propositi sive prædestinationis pallio cum Manichæis duas naturæ, duæque massæ fingerentur, quarum una sit bona, utpote quæ nullo arbitrij motu salute excidere potest. altera mala, quia nullo studio possit à perditione liberari. Hoc est. uno verbo, quod unaquæque suæ qualitatis tenax sit, ut aliud quam facta est, esse non possit: de qua querela Prosper ad Rufinum scribit: Adiacent etiam (accusatores Augustini) duas illum humani

In Epist. ad
Ruff.

T

Hilar. in
Epist. ad
August.

Ibid.

humani generis massas & duas credi velle naturas, ut scilicet tanta pietatis viro Paganorum & Manichaeorum adscribatur impietas. Et in Epistola ad Augustinum Massilienses dicunt: *Sub hoc praedestinationis nomine salutem quandam induci necessitatem, aut DIVERSARVM NATVRARVM dici Dominum conditorem, SI NEMO ALIVD POSSIT ESSE QVAM FACTVS EST.* Hinc & Faustus cum Apostoli ad Romanos de figulo & una massa

disserentis citasset locum: *Quicumque, inquit, DVAS humani generis MASSAS esse arbitratur, unam sacra ex lectione cognosce. Duas autem faci pravitatis studiorum & diversitas voluntation. Quae voluntatum humanarum commendatione Semi-Pelagianorum solemni consuetudine omnem ab humanis actibus vult submovere praedestinationem.*

Octava propositi divini averfandi ratio, quia Deus non haberet seriam voluntatem ut omnes credant & salvi fiant.

CAPVT XV.

OCTAVO propositum illud quo ante mundi initium eligendorum & rejiciendorum dicitur facta discretio, idcirco etiam vel maxime exhorrent, quia ex eo sequitur *Deum non omnes homines velle salvos fieri; sed solum certos illos quos sibi ad vitam aeternam eligendo praedestinaverit, hoc autem tanquam Apostolica doctrina sine ulla dubitatione contrarium vehementissime detestantur.* Hinc Galli inter damnabilia ex Augustini libris decerpta capitula & istud ponunt: *Quod non omnes homines velit Deus salvos fieri, sed certum numerum praedestinatorum.* Quod ut magis invidiosum sit, in objectionibus Vincentianis additur: *Quod Deus nolit omnes salvare, etiamsi omnes salvare velint, quasi haberi possit ab homine voluntas se salvandi sine volente & inspirante Deo.* Eadem difficultas & in Epistolis Prosperi & Hilarii ad Augustinum tangitur.

Cap 8. Gall.

Obiect. 2.
Vincent.

Cap 9. Gall.
& Obiect. 9.
Vincent.
Cap. 4. & 5.
Gall.

Huic absurditati & illam similem esse volunt, quae in Gallorum capitulis nona est: *Quod non pro totius mundi redemptione Salvator sit crucifixus.* Et illam: *Quod non omnes vocentur ad gratiam.* Item, *quod qui vocati sunt non omnes aequaliter sint vocati, sed alij ut credant, alij ut non cre-*

A dant. Nam Salvatorem etiam pro illis esse revera crucifixum, eos velle serio salvos fieri, illos ad fidem & gratiam suam sincere & citra simulationem vocare, quos illo electionis proposito ab aeterno noluerit perditionis massa discernere, tanquam certissimum statuunt, & tamen nullo pacto in Catholicorum sensu intelligi posse arbitrantur. Easdem difficultates crebro invidiosissimeque Faustus explicat. Unde cum quodam loco pro universis Christum venisse docuisset, tandem adversus illud propositum Dei ab Augustino traditum & invidiosis vocibus expressum dicit: *Quod si quemadmodum abrupta blasphemias impietas, alij de gratia ad mortem praedeterminati, alij praedestinati videntur ad vitam; nullam Christus venendi causam, nullam morientis (quam pietas eius invenit) habuit necessitatem. Novum ergo remedium nihil agere potuit si ante saecula res humanis definitio vetusta praefixa.* Cernis, arbitror, quam difficile omnes existimaverint sinceram erga salutem hominum voluntatem Dei quam eum habere supponunt, cum illo divino proposito conciliare, quo certum dumtaxat numerum ad salutem eligi Augustinus praedicabat.

Nona ratio averfionis, quod in hujusmodi propositi assertionem omnia rectorum peccata ascribantur Deo.

CAPVT XVI.

SEPTIMA quia definitus ille praedestinatusque electorum & salvandorum numerus, qui nec augeri potest nec minui, reliquos omnes, quotquot non pertinent ad istum certissimum & felicissimum numerum, abjectos & ad interitum destinatos esse supponit. Hinc alia difficultas oritur, quod Deus non tantum eos non velit salvos fieri ut capite praecedenti dictum est, sed etiam in ipsa peccata praecipitare videatur, ut scilicet ad perditionem jam sibi praedeterminatam infallibili gubernatione perveniant. Cujus quidem difficul-

A tatis in Epistolis Prosperi & Hilarii ad Augustinum scriptis nulla mentio est quia probabili colore caret sed post mortem Sancti Doctoris invidiosissimis importunissimisque vocibus ventilata, & sectatoribus ejus ad infamandam doctrinam ejus objecta est. Quidquid enim in reprobatis illis accidit, ab ipsa eorum creatione, usque ad condemnationem, divinae voluntatis constitutioni tribuebant. Hinc inter objectiones Vincentianas illa de creatione ad malum fluunt: *Quod Deus maiorem partem generis humani ad hoc creet ut illum perdat in aeternum.*

Item;

Obiect. 4. Item: quod maior pars generis humani ad hoc creetur à Deo, ut non Dei, sed diaboli faciat voluntatem. Cui simile est etiam decimum tertium Gallorum Capitulum. Ut vero etiam Deum constitutionem istam suam per se exequi crederetur adiungunt alia: Quod peccatorum nostrorum autor sit Deus, eo quod malam faciat voluntatem hominum, plasmēt substantiam quæ naturali motu non potest nisi peccare. Et rursum: Quod Deus tale in hominibus plasmēt arbitrium, quale est demonum, quod proprio motu nihil aliud potest vel velit nisi peccare. Omnium denique scelerum que ab infidelibus perpetrantur, Dei prædestinationem causam esse vociferantur. Usque adeo ut hoc ipsum quod non credant, secundum hanc doctrinam ex Dei dicant voluntate contingere.

Cap. 5. Gall. Quod qui vocati sunt, inquit Galli, apud Prosperum, non equaliter sint vocati: sed alij ut credant, alij ut non credant. Et clarus: Quod qui

Cap. 14. Evangelica prædicatione non credunt, & quod Deus ita desinerit, ut quicumque non credunt, ex ipsius constitutione non credant.

Nec infidelium tantum, sed omnia quoque Christianorum flagitia & facinora, quibus à suscepta fide, & charitate desciscentes sibi viam ad perditionem struunt; Deo decernente perpetrari volunt. Subtrahi namque perseverandi vires, ut cadant, atque in diversis peccatorum generibus volutati finem sibi divinitus destinatum assequantur. Hinc Massilienses apud Augustinum hoc modo juxta doctrinam ejus populis prædicandum asserunt: Si qui obeditis, si prædestinati estis reg-

ciendi, subtrahatur obedendi vires, ut obedire cessetis. Quod totidem pene verbis duodecimâ Gallorum objectione repetitur: Nec multum dissonat objectio septima, octava, nona Vincentiana quibus dicitur; quod hæc sit voluntas Dei ut magna pars Christianorum salva esse nec velit nec possit: à sanctitatis proposito ruat; & apostatet à Catholica fide. Quod pluribus verbis magis explicant Objectione duodecimâ Vincentiana, decimâ tertiâ, decimâ quartâ, & decimâ sextâ; ita nempe ut & in ipsa oratione Dominica, dum dicitur Fiat voluntas tua, nihil aliud à rejectis quam contra se peti dicant, id est, ut cadant & ruant, quia voluntas Dei hæc est ut aeternâ morte pereant. Hinc ulterius: Et sacramentum Virginitatis corruptelas, Parentum incestus, dominum à servis perpetratas cades; ipsamque lapsorum impudentiam accidere putant ex dispensatione Dei, sic eos gubernantis, ut, inquit, nec possint vel velint per paucitiam liberari. Hæc vero & similia sunt illa forsitan interminabiliter plura, quæ Hilarius litteris suis se non expressisse, sed per se ad Augustin. deferre maluisse testatur: Et postea à Prospero duobus libellis comprehensa sunt. Ex quibus admodum sane perspicuum est, quomodo contra illud quod diximus propositum prædestinationis omnia Massiliensium tela torqueantur. Nam omnes pene adversus Augustini doctrinam objectiones quas hoc capite vel aperte citavimus, vel perstringendo tetigimus, prædestinationis aut propositi aut voluntatis Dei faciunt mentionem.

Decima horrois ratio, quia sententia nova est, & opinioni Patrum contraria.

CAPVT XVII

DE C I M A denique ratio cur tantopere illam divinæ prædestinationis constitutionem quæ humanas prævenit voluntates abhorruerint, ex antiquorum Patrum doctrina & Ecclesiæ sensu petitur. Quotquot enim Augustini aetatem antegressi sunt, videntur prædestinationem hominum, non secundum illud beneplacitum voluntatis Dei, sed secundum præscientiam alicujus operis aut voluntatis ex parte hominis antecedentis unanimi pœne consensione docuisse. Quod quidem multipliciter Massilienses graviterque in Epistolis Prosperi & Hilarij conqueruntur, ut facile patet, tanto justiore istam eis visam fuisse querimoniam, quanto in hujusmodi rebus ad fidem pertinentibus humanæ rationi auctoritas antecellit. Contrarium putant, inquit Prosperi, Patrum opinio & Ecclesiastico sensui quicquid in eis de vocatione electorum secundum Dei propositum disputasti. Ecce primum quod Massilienses in Augustini doctrina perturbavit,

nouitas fuit, & ab antiquorum sensu dissonantia; quam primo quoque verbo relationis Hilarius notat: NOVVM, inquit, & inutile esse prædicationem quod quidam secundum PROPOSITVM eligendi dicantur. Nec semel eis hunc scopulum detexisse sufficit; nisi identidem eandem tangerent & Augustino inculcarent: hoc est enim quod iterum Prosperi repetit: Obstationem suam vetustate defendunt, & ea quæ de Epistola Apostoli Pauli Romanis scribentis ad manifestationem divinæ gratiæ prævenientis electorum merita proferuntur, à nullo unquam Ecclesiasticorum ita esse intellecta, ut nunc sentimur affirmant. Hoc est item quod Augustino dicit Hilarius: Hoc enim & illis locis tuorum opusculorum, & aliorum quæ prosequi longum est se demonstrare testantur. Hoc iterum, quod paulo post: Hec etiam de aliorum libris, quorum est in Ecclesia auctoritas, faciunt; quod perspicit Sanctitas tua non parum posse iurare contradiceres nisi maiora aut certe paria proferantur à nobis. Quid quod nō modo Massilienses quorum in



hac re potest esse suspecta fides istam exaggerant querimoniam, sed etiam in se Prosper idem sensisse videatur? Sic enim in fine litterarum suarum Augustino ex propria sententia videtur loqui: *Illud etiam qualiter diluatur, quæsumus patienter insipientiam nostram ferendo demonstrare quod retractatis priorum de hac re opinionibus pœne omnium par invenitur et una sententia, qua propositum & prædestinationem Dei secundum præscientiam receperunt: quod quid sit explicando subnectit: ut ob hoc Deus alios vasa honoris, alios vasa contumeliae fecerit, quia finem uniuscuiusque prævidit & sub ipso gratia adiutorio in qua futurus esset voluntate & actione præscierit.* Quæ quidem Prosperi verba totaque Massiliensium de novitate querimonia, quanta veritate nitantur, ex ijs utcumque estimari potest quæ de Origenis Epistolam ad Romanos commentantis adeoque ipsius Augustini sententia ante susceptum Episcopatum supra suis locis diximus. Vtraque quippe

quantum ad hunc articulum perfecte Semi-Pelagiana fuit, ut non mirum sit alios inferioris notæ & perspicacitatis Scriptores inter utriusque ætatem interiectos in eundem scopulum impigisse. Nam ut Augustini doctrinam inter Latinos in Occidente, ita inter Græcos in Oriente Origenem plerique in Scripturarum explicatione sectati sunt. Etenim quia incredibili conceptuum ubertate, & commentandi scribendique facilitate inter primos glaciem fregerat & aditum ad Scripturarum secreta penetranda referaverat, hinc maxima ipsius fuit in Scripturis interpretandis apud posteros ejus Græcos estimatio: qua fieri plerumque solet, ut error non ita perspectu facilis nullo Ecclesiæ adhuc damnatus anathemate, corruptæ naturæ conceptibus valde consentaneus, scripturis instructus, multisque veritatibus intertextus, ab avidis incautisque lectoribus hauriatur.

Inferuntur tria corollaria, quibus natura illius propositi & gratiæ quam Massilienses horrent, aliqua ex parte declaratur.

C A P V T X V I I I .

PORRO ex ijs quæ hæcenus de illo divinæ voluntatis proposito juxta Massiliensium intelligentiam & querelas locuti sumus, tria evidentè inferri posse & consequi sentio: quorum unum decreti illius originem respicit, alterum eius latitudinem, tertium executionem.

Primum igitur iasero, toto illos ostio aberrare, ne quicquam in Augustini doctrina capiant qui propositum istud tam constanter ab eo prædicatum ut à divina voluntate possit formari, prævisionem aliquam humani motus, sive voluntatis, sive determinationis, sive absolutam, sive hypotheticam includere vel supponere credunt, & persuadere moluntur. Massilienses enim ipsi perspicuis expressisque verbis subinde contrarium apud Prosperum dicunt: *Removeri omnem industriam tollique virtutes, si Dei constitutio humanas præveniat voluntates.* Ecce propositum, quo, ut ibidem aiunt, ante mundi initium vel in ipsa conditione generis humani eligendorum & respiciendorum ab Augustino dicitur facta discretio secundum quod placuit creatori, humanas prævenit voluntates. Nam si ante divinæ voluntatis propositum humanæ cuiuspiam determinationis nutus sive cum gratia sive sine gratia in Dei prævisione præcedat, profecto jam propositum eligendi humanam voluntatem non præveniret, sed sequeretur: sicut in eadem Epistola Prosper dicit Massilienses Electionem Dei sive propositum eligendi parvulos quibuscumque Commentis meritis subigere, hoc est posteriorem facere, tametsi non nisi sub conditione si viverent illa merita præ-

sciuntur. Et quid est aliud discretionem hominum fieri secundum quod placuit creatori, nisi pro liberrimo divinæ voluntatis beneplacito ac proposito quod nihil penitus ex parte hominum datum prævisumque respiciat, per quod unus ab alio sive omni gratia, sive cum gratia quoquo modo jam distare aut differretur esse ante conceptum conclusumque Dei propositum cogitetur? Hoc enim si vel in prævisione supponatur, jam palam discretionem habes secundum præscientiam, non secundum quod placuit creatori. Ante propositum enim absolutum atque completum jam præscietur discretio, non per ipsum Dei propositum fiet.

Sed hoc propositum Dei omnem prævisum humanæ voluntatis nutum sive absolute sive sub conditione præcedere tota Massiliensium oppugnatione longe luculentius omnibus verbis indicat & quodammodo clamat. Nam si propositum istud ut à Deo possit concipi ab aliqua prævisa humanæ libertatis inclinatione suspenditur, quamnam obsecro ab homine non fatuo vel tenuissima formidari potest umbra fati? quamnam stabilitatis ejus immutabilis, quæ efficaciam timendæ ratio? Nonne tota si qua vel fingi posset fatalitas, immutabilitas, efficacia, à propria ipsorum voluntate penderet? Nonne prævisus voluntatis nutus suum potius unicuique fatum conderet & fatum ipsum regeret, quam huc illuc pro alterius beneplacito fatali aliqua constitutione regeretur, aut raperetur? Quis vero hic esse potest interimendæ libertatis metus, ubi studiosissime Deus caveret & vigilaret, ne quali

ne quasi fatali aliqua sanctione laedatur? Vbi nihil proponitur aut decernitur, nisi libertas voluntatis jam ante à Deo extra periculum omne posita & incolumis esse videatur? Iam verò quam non ineptiam sapit superfluum esse laborem voluntatis propter decreti illius constantiam conquiri, quod non nisi prævisio voluntatis labore sancitum est? Vereri divinæ voluntatis incertitudinem quam à propria voluntatis flexu suspendi sciunt? Sub illo incerto desperandum genere, quod unicuique fieri potest propria voluntate certissimum? Et quis non rideat acutissimos homines de duabus massis duabusque naturis conquerentes eo quod duas massas non nisi pravitare studiorum, & diversitate voluntatum fieri velint. Vbi audiunt voluntatum suarum prævisam diversitatem ac studium ipsas malas facere? Partesque ipsas duas quibus nihil adijci posse stomachantur, propria libertatis in utram libuerit suo nutu vergentis præcognita inclinatione constitui? Sed omnem delirantium excedit absurditatem quod correptionum & exhortationum interitum per illud propositum afferri quererentur, si voluntatis consensus aut dissensus quibus excitandis aut avertendis exhortatio & correptio adhiberi solent ante ipsum Dei propositum prævisum esse ab Augustino doceretur. Nam humanorum nutuum præscientiam, atque inde pendentes constitutiones Dei non modo non abhorrebant, sed veluti libertati maxime consentaneas libentissime prædicabant. Nec mirum sanè: sic enim, dum omnis divini decreti vis in cardine voluntatis humanæ vertitur, totus ille rigor & horror tollitur, quo indifferens flexibilitas intra cancellos immutabilis alienæ constitutionis independentem à se conceptæ & humanis prævenientes voluntates coercetur & clauditur, quos egredi nulla lucta, nullo conatu potest. Hoc est enim quod conquerentes dicunt: *Ut neque reiectus ulla industria possit incurrere, neque electus ulla negligentia possit excidere.*

Alterum ex Massiliensium querelis consecutaneum est propositum istud quod omnes humanas voluntates prævenit, non modo ad primas credendi, sperandi, diligendique voluntates, quæ ex illo proposito conferuntur, sed ad ipsam quoque perseverantiam bonæ voluntatis extendi: usque adeo ut etiam gloriam electis discretive sola Dei benignitate largiendam sua latitudine velut causa completatur. Nam in primis passim istud propositum cum electione, discretionem à massa perditionis, & prædestinatione confundunt, quibus perseverantiam includi nemo dubitat. Hinc prædestinatos ad utramque partem, prædestinatum electorum numerum nec augeri posse nec minui, prædestinantis electione humanas prævenire voluntates carpunt. Hinc dicunt propositum istud sanctis, hoc est jam credentibus, adeoque

à gloria scilicet, *ulla industria possit incurrere, neque electus ulla negligentia possit excidere.* Hinc enim & spes & cursus, quibus ad bravium in stadio tenditur, mentionem faciunt: *sub incerta spe cursum non esse constantem: videlicet, cum si aliud habeat prædestinantis electio, ad gloriam scilicet seu ad illud, ad quod sancti sperando currendoque contendunt, cassi sit ammentis intentio.* Hinc est quod Prosper libi exponi flagitat quomodo per illud propositum quo præordinati sive electi ad vitam æternam fideles fiunt, non oriatur negligentia si se prædestinatos esse desperent. Hinc est quod statim opportunam Massiliensium opinionem explicans tanquam Patribus antiquioribus consecutaneam: *Propositum, inquit, & prædestinationem Dei secundum præscientiam receperunt.* Quo proposito ne gloriam æternam respici ac dari dubites: *Ut ob hoc, inquit, Deus alios vasa honoris, alios contumelia fecerit, quia finem uniuscuiusque præviderit & sub ipso gratia adiutorio, in qua futurus esset voluntate præviderit, scilicet vel bona vel mala, cui gloria fidem consequens deberetur aut negaretur.* Et verò quid aliud clamat Fausti de sublata orationum necessitate querimonia, nisi quod perseverantia ipsæque finis, hoc est, gloria, jam illo proposito immutabili stabilitate decreta sunt? Nam pro perseverantia & gloria preces omnes quibus pro se sancti Deo supplicant sine ulla dubitatione funduntur. Et hoc ex totius capituli quarti serie manifestius patet quam ut uberius probationis indigeat. Vnde perspicuis verbis dicit Faustus: *Iam præordinatis ad vitam necessaria non erit (oratio) deputatis ad mortem prodesse non poterit.* Vides præordinatis ad vitam æternam (nam Evangelista verbis utitur) orationem fore superfluam, Ex quo Semi-Pelagiana ratiocinatione statim conficitur *EA QUÆ IMMINENT posse mutari.* Et apertius: *Si unus ad vitam alter ad perditionem deputatus est, non iudicandi nascimur, sed iudicatio.* Quod autem hæc ad vitam æternam præordinatio seu propositum glorificandi sanctos suos pari modo nullam humanæ voluntatis præscientiam præsupponat, eadem omnes querelæ probant, quas paulò ante ex Massiliensibus recensuimus.

Tertium quod ex superiori deductione consecutaneum est ad propositi divini executionem pertinet, nimirum *ocationem illam electorum secundum Dei propositum, quam tot querelis Massilienses impetunt nullo modo esse posse talem, ut positis omnibus externis internisque gratijs ad cõsentendum necessarijs, ultimus ad discernendum nutus ab illa indifferentiæ libertate, in utramvis libeat partem sese inclinante petatur.* Absurdum quippe si non stultum, hominibus non stultis videri debet, illam gratiam à Massiliensibus fuisse tot clamoribus impugnatam quasi liberum auferret arbitrium, quæ postquam data est instar habitus ad volendum, instar luminis ad videndum, instar scipionis ad ambulandum, profus ad nutum subdita est voluntati. Quid quod ipsi Massilienses ultro huiusmodi indifferentiæ

Faust. lib. 1.
de grat. &
lib. arb. c. 13.
Vide supra

Ita loquuntur
Massil.
in Epist.
Prosp. Aug.
Ibid.

In Epist.
Hilar.
In Epist.
Prosp.

Faust. lib. 1.
de grat. &
lib. arb. c. 4.

Luca c. 13.
vers. 48.

Vide supra
lib. 4. de de-
gmat. Pelag.
c. 7.

Epist. ad
August.

ferent: gratiæ genus admiserint, prædica-
verint, inculcaverint, quod alio loco indu-
bitis argumentis uberius altruendum est.
punc si quis de Massiliensium sensu quo gra-
tiam ab Augustino prædicatam acceperunt
plura desideret, ea consulat, quæ in re pro-
fus simili de Monachorum Adrumetentium
& Pelagianorum sensu disserimus. Nam ut
ex Prospero supra dictum est, *Quicquid in libro*
de correptione & gratia ex contraventionem sen-
su sibi Augustinus opposuit, quicquid etiam in libro
contra Iulianum ab ipso sub hac questione obiectum
debellaverat, hoc totum ab ipso sanctus contentiosiss-
sime conclamabatur: quo significat, ipsam dif-
ficultatiorem Massilienses in intelligenda gratiæ
operatione laborasse, quibus illi Monachi &
Iulianus laboraverant.

Vnum hic tantum ab omni non pervicaci
sua sententiæ defensore pro tribus illis corol-
larijs etiam atque etiam consideratum velim,
quam sit absurdum, & à dignitate Augustini
tanti Doctoris alienum, quod cum videret
se tot obloquijs & obtreccionibus ab erran-
tibus & male doctrinam suam accipientibus
appeti, tot calumnijs assertam à se veritatem
traduci, tantum salutis periculum infirmis
dari, tot scandala aduersus fidem Ecclesiæ
suscitari, nunquam tamen in omnibus libris,
quos aduersus illos condidit, vel verbulo di-
ctum aut insinuatum esse voluerit, male Mas-
silienses doctrinam suam de illo proposito &
gratia intelligere: nihil esse de voluntatibus
hominum, multo minus de gloria conferenda
prædestinatum sive propositum, nisi præviso
sub ipso gratiæ adiutorio voluntatis assensu.
Itaque nihil esse in illo proposito fatale vel
formidabile quia nihil à Deo inconsulta
voluntate decernitur: saluum esse sub gratia

A liberum arbitrium, & maxime saluum, quia
ab ejus liberrimo nutu, etsi non sine gratia,
credere & non credere, velle & nolle suspen-
ditur, haud secus ac si nulla gratia invenire-
tur. Ita quippe facillimo, expeditissimo, bre-
vissimoque explicandi modo, hominibus gra-
tiæ non infestis, sed umbris difficultatum
territis, omnes contentionum fibras radi-
citus amputasset. Cur ergo tam periculosas,
scandalosâque difficultates viris gravibus &
amicis, flagitantibus tot Presbyteris de salute
perichitantibus, non unius saltem sententiolæ
declaratione sopivit? Si forte non potuit,
certè ignarissimus & stupidissimus fuit; si
autem noluit impijssimus. Illud ab ejus divi-
na profundissimaque sapientia remotissimum,
hoc ab ejus pietate alienissimum. Quid quod
illud propositi & gratiæ genus, quo cunctos
Massiliensium scrupulos facillimè dissipatum
iri diximus, & agnovit Augustinus & docuit,
& cum res ita postularet luculentius explica-
vit quam ullus Philosophus aut Scholasticus
indifferentis libertatis Patronus, eam immu-
nem à vinculis fati & necessitatis asseruit?
Cur ergo tantas suæ doctrinæ criminationes
surdis auribus præterivit? Nimirum vidit
veritatis Doctor profundissimus & religionis
Antistes sacratissimus, isto propositi & gratiæ
explicandæ modo Massiliensibus quidem ab-
unde fieri satis, sed Catholicæ fidei forsitan
veritatem prodi, Christianæ religionis ju-
gulum peti. At hoc ex proprijs fundamentis
hic ostendere, & operosum & importunum
est, sed uberius præstabitur suo loco. Nunc
ad aperienda Massiliensium sensa, quibus tot
difficultates in Augustini doctrina sibi oc-
currentes conati sunt fugere ac fugare, perga-
mus.

F I N I S.



CORNE.